

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Phaedo, vel, de animi immortalitate, vel, de anima

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

nienfis tibi praeter ceteris civitas placuit, atque nos, videlicet leges. Cui enim placere potest civitas, cuius non placeant leges? Nunc vero non permanes in his, in quibus iamdiu nobis tibi convenit. Permanebis certe, si nobis credideris, ne egrediens Urbe deridendus evadas. Considera rursum si haec transgressus fueris, et ea quae inique cogitas, perpetraveris, ad quid tandem id vel tibi, vel necessariis tuis conducet. cuique enim constat in periculo necessarios tuos fore, ne ipsi quoque in exilium expellantur priventurque civitate, et patrimonio suo expolientur. Tu autem siquam in civitatem finitimam te contuleris, vel Thebas, vel Megaras, ut aequum gubernantur recte, hostis primum reipublicae illius accedes, et omnes quibus cura est patria, desipient abominabunturque te, corruptorem legum existimantes. Ideoque confirmabis eorum qui te damnarunt opinionem, ut recte contra te tulisse sententiam videantur. Quisquis enim corruptor est legum, is potissimum et iuvenum imperitorumque hominum videbitur esse corruptor. Quid ergo, civitate sine qua recte gubernatur, et modestissimos quoque homines deuitabis? Atqui si id feceris vitane dignus eris? an forte impudenter te his admiscebis, nec erubescas de eisdem apud eos differere, de quibus apud nos consuevisti? Virtute videlicet et iustitiam, legesque, et instituta legum plurimi esse existimanda? neque putas absurdum, et ab his dissonans apparere Socratis factum? Proculdubio putandum est. Forte vero civitates has declinans in Thessaliam ad Critonis hospites abibis. Illic enim absque ordine et temperantia vivitur. Ac forsitan libenter illi te audient, narrantem quemadmodum in carcere ridicule fugeris, ut fascem quendam tibi superimponens, aut corio tegens, vel alijs quibusdam te inuoluens, quemadmodum solent qui fugam surripiunt, et in alienam figuram te transmutans illinc aufugeris. Quemadmodum vero uir senex parvo admodum tempore, ut verisimile est victurus, ausus fueris ob vivendi cupiditatem in tam sordida inopia vivere, maximas transgressus leges, nullusne dixerit? Forte si neminem offenderis. Alioquin multa, o Socrates, atque indigna te audies. Vives autem obnoxius cunctis hominibus atque deseruiens. Quid vero facies in Thessalia? Coniuviane frequenter abis? ut potest qui in Thessaliam, quasi ad cenam aliquam advenaueris. Disputationes vero illa de iustitia, ceterisque virtutibus ubinam ulterius nobis erunt? Enimvero filiorum gratia vivere cupis, ut nutrias eos atque erudias. An ergo in Thessaliam eos perduces, ut illic nutrias eos, atque erudias, hospites eos efficiens, ut hoc insuper commodi abs te reportent? An id quidem non facies, hic vero relictis melius te vino alentur, atque erudientur a necessariis tuis te absente? Vtrum vero si in Thessaliam abibis, tui id curabunt, sin autem in alteram transibis vitam, non curabunt? Profecto siquid opus est in his qui aiunt se tuos necessarios esse, credendum est curaturos. Ceterum, o Socrates, fidem nobis adhibens nutricibus tuis, neque filios tuos, neque vitam, neque aliud quicquam plures facias quam iustitiam, ut cum in vitam alteram transmigraveris, valeas illic praesidibus horum omnium reddere rationem. Nempe si leges transgressus haec feceris, neque melius, neque iustius, neque sanctius id vel tibi continget, vel tuis, neque illuc tibi profecto conducet. Quin potius iniuriam passus abito, si abie-

ris. non a nobis quidem legibus, sed ab hominibus. Verum si adeo turpiter aufugeris, etiam versa vice iniurias malae referens conventionem nobiscum initas et promissa transgressus, atque ledens eos quos minime oportebat, respicere scilicet, et amicos et patriam, nosque leges, nos utique et viventi tibi infera hic erimus, et in altera vita leges, quae illic sunt nostrae sorores, haudquaquam te benigne recipient, scientes te nos pro viribus differere contum fuisse. Quamobrem, ne Crito aliter tibi quam nos persuadeat, cauto. Haec equidem, o dulcis amice Crito, audire videor, quemadmodum Corybantes tibias audire se putant. Atque in me sermonum eiusmodi sonitus adeo reboat, ut alia audire non possim. Vides quae in praesentia mihi apparent, quibus siquid contradicere aggrediaris, frustra conabere. Veruntamen siquid te profecturum confidis, dicas. CRITO. Ego vero quod dicam, o Socrates, nihil habeo. SOC. Desine ergo Crito, et pergamus haec, quandoquidem haec nos Deus ipse ducit.

PHAEDO, VEL, DE ANIMI IMMORTALITATE, VEL, DE ANIMA. MARSILII FICINI ARGUMENT.



OSTER de religione liber rem satis per se notam probat, Christi vitam esse virtutis totius ideam. Octavius autem Epistoliarum nostrarum liber, Socratis vitam, vitam Christianam imaginem quandam, aut saltem umbram esse demonstrat: et testamentum quidem Vetus per Platonem confirmat, novum vero per Socratem. Quod autem ad Socratis hanc spectat similitudinem, si quis dubitat, Xenophontem atque Platonem legat, et ceteros qui dicta simul atque Socratis conscripserunt, praecipue Platonis Gorgiam, et apologiam, Critonem atque Phaedonem. Huius ergo Phaedonis deinceps argumentum passu, imo saltu celeri percurrerimus. Eius enim mysteria satis in theologia exposuisse videmur. Vnum hoc in primis admoneremus, ne quis admiretur Socratem inter argumentationes ad immortalitatem animae pertinentes, praetermississe hic illam, quae sola confidit in Phaedro, Animam scilicet esse principium motionis, unde sequatur eam per se perpetuoque moveri, semperque vivere. Id enim ideo factum est a Socrate, quoniam eiusmodi ratio non solum nostris, sed caelestibus etiam, atque daemonicis animis est communis. In Phaedone vero rationes nobis magis propriae requiruntur. Sed iam ad dispositionem dialogi brevissimam veniamus. Principio observandum est, quam mirifice Socrates consoletur amicos, qui eo praecipue die quo venenum bibiturus erat, in carcere, quasi consolatur eum salutaverunt. Deinde quam religiose obseruet vel somniorum praeccepta, quasi quaedam oracula: et quam in eo apprimere cautus sit, ne minimum quid circa divina mandata delinquat. Tertio memoria mandandum est, homines sub aedibus Dei esse custodia, neque licere nisi quando Deus voluerit, hinc emigrare. Quarto advertendum est diligentes quid sibi velit, ubi ait sperare quidem se in obitu ad bonos viros, deosque alios bonos iturum: sed magis affirmare ad bonos deos quam ad bonos viros iturum. Primo quidem quod de deos alios atque valde bonos, intelligit praeter sphaerarum animas esse mentes angelicas et haereticas sublimiores. In quarum familiaritatem animas quoque nostras quandoque admitti posse sperat: nec tamen audeat asserere, propterea quod plerisque sapientibus videbatur satis fore animae factum, si ad consortium ammarum caelestium quandoque recipiatur. Imo vero dubitatio proprie super eam partem caelit, quae bonos appellat viros. Non enim audeat deinde hominum animos affirmare eadem ratione bonos, quae deos dixerat bonos.

Qualis sit corruptor legum.

nos. Post hæc seipsum simul amicosq; sub persona philosophantis cōsolaturus ait: Cum totum philosophantis studium sit quædam à corpore separatio, per eamq; perficitur quotidie, nimirum separationem à corpore quæ fit per mortem, non modo non timere debet, sed optima cum spe lætitiæq; expectare. Mox duobus modis ostendit philosophum à corpore animum separare. Primo quidem à perturbationibus per morales disciplinæ purgationem, deinde à sensibus atque ipsa imaginatione per contemplationis ipsius intentionem. Medietate duplici videntur purgatione. Prima quidem leniendo. Secunda vero soluendo: scientes neque satis esse lenire, neque tutum solvere antequam lenias. Similiter apud philosophos moralis antecedit purgatio, quasi leniens. non enim interiores imaginationis morbos, id est, deceptiones extirpat. Sequitur purgatio speculatrix imaginationis quandoque pro viribus discutens nebulas. Ante vero moralem purgationem aggredi speculationis officium non est tutum, nequis vitiorum morbis infectus ipso speculationis acuminè abutatur ad iniustitiam impietatemq; defendendam. Ex his concludit philosophum mentis aciem quatenus à corpore segregat, eateenus incorporeis rationibus idemq; coniungere. Sed quum multa quæ à corpore animo inferuntur incommoda numerasset, subiunxit extremum maximumq; malorum esse fallaciam illam, quæ imaginationem mentem ad incorporea se eleuantem, interim ad imagines quasdam corporum seipsum distrahit, cogitq; ipsa modo quodam corporeo cogitare. Post hæc & ex eo quod animus ipsam separatarum rerum veritatem quam naturaliter appetit, corpori cōiunctus assequi nequit, per distinctionem infert, aut nunquam assequi, aut post mortem. Nunquam verò assequi non est consentaneum: quippe quum ab omni mente perpetuo appetatur. Proinde improbat illos qui temperantiam esse putant abstinere à minoribus corporis voluptatibus, ut maiores deinde voluptates corporis consequantur: Rursus qui fortitudinem definiunt, superare timores quosdam eorum timorum gratia qui nos iam superauerint. Vult enim omnem moralem virtutis officium in quadam animi purgatione versari sapientiæ gratia. Alioquin nullam esse virtutem. Vnde verò humanam quoque sapientiam nominat purificationem quandam, perinde quasi existimet nihil aliud sapientiæ nostræ meditatione nos consequi, quam puritatem quandam, quam mox illuminatio diuina sequatur, quæ proprie sapientiæ sit. Significat præterea non iam habitum aliquem nostris laboribus acquisitum, quam purificationem ipsam nos Deo coniungere. His actibus immortalitatem animæ probaturus ait, ex uno contrariorum genere in alterum progressionem fieri, atque vicissim regressionem. Ideoq; sicut ex virtutibus sicut mortui, sic ex mortuis viuentem quandoque resurgere. Vbi videtur mortuorum resurrectionem vaticinari, qui per veram philosophiam purgati decesserint. Audi præter hæc vinculum animæ, cum corpore nihil esse aliud quam amorem, scilicet naturaliter proidentem. Item quoties anima per instrumentum agit circa formas in subiecto iacentes, nihil sincere cognoscere, sed solum quando per seipsum conuertitur ad formas in seipsis simpliciter existentes. Disce luc quoque animam ex eo quod rebus corporeis oblectatur & paschitur, euadere corporealem: atque hinc usque ad falli, si sola corporea iudicet esse vera, quum omnino sit contraria: fallaciam eiusmodi malorum omnium esse grauissimum. Accedit quod anima iam facta corporea post obitum quoque ab incorporeis seipsum circa corporea labitur. Conclude animam suæ puritati pernitens restitutum, nullo modo suæ immortalitati diffidere. Cygni fabula Pythagorica est, atque allegorica. Pythagorica quidem, ubi dicit cygni animam superuivere. Allegorica verò intelligitur cygnus in numero solarium animalium contineri, & Socratem solarem esse, tum quia Phæbi oraculo approbatus est, tum quia mentibus hominum medebatur. Adde vaticinium esse quadruplex, diuinum, demonicum, humanum, naturale. Idq; vltimum in bestijs fieri quodam instinctu nature. Intellige etiam cygnos innocentes sine philosophia homines: qui quum mortem sepe minime timeant, significant philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere. Animadverte deinde difficilimum esse in hac vita substantiam animæ intelligere, quoniam videlicet sub corporea eam specie intuemur. Ideoque iustissimam rationem ad animam comprehendendam esse, tum moralem purgationem, tum metaphysicam abstractionem. Vbi verò minus id sufficiat, opus esse diuino quoddam verbo, id est, reuelationibus diuinitus factis atque miraculis. Nos verò hic diuini verbi mysterium à Platone significatum considerare debemus. Tradit deinde duo in disputando præcepta. Primum, ne rationibus ullis absque longa examinatione credamus. Postquam verò rationi cuidam sufficienti examine crediderimus, ne faciliè inde ob quaslibet obiectiones similitudinesque amoveat

à proportionem intellectus ad intelligibile ductam. Intelligibile vero ipsum, ideam ipsam incorpoream sempiternamq; appellat. Cumq; intellectus cum ipsa velut obiecto proprio congruat, concludit hanc incorpoream sempiternamq; esse, præcipue quum dominetur corpori, mortalibusq; repugnet. Proportionem vero mentis cum idea confirmat ex eo, quod quoties non impeditur, ad eam sese confert, eiusq; commercio gaudet, atque perficitur. Quod autem postquam dixit animam esse omnino indissolubilem, subiunxit, vel rei omnino indissolubili propinquam, hoc additum intellige, quoniam in Timæo probatur, Deum solum omnino indissolubilem esse: cetera verò si comparentur ad Deum, dissolubilia quodammodo iudicari, quia quodammodo & composita: quamuis illa quæ optime composita sunt, id est, seorsum ab elementalibus materia, non dissoluantur unquam. Animæ igitur tam nostræ, quam diuine indissolubili Deo propinquæ sunt, ipse quodammodo solubiles, sed dissoluentur nunquam. Præterea vocat id omnino indissolubile, in quo neque essentia, neque actionis partes vlla se arguntur. Anima igitur etsi secundum essentia partes non spargitur, tamen per actionis partes diffunditur. Tempore enim & mobiliter agit. Proinde subdit puram animam post obitum ad puram & æternam redire, impuram verò terrenisq; infectam ad similia retrahi atque terrena, sæpeq; videri. Profectò affectio erga corpora in anima remanens, non per se proprie facit ut anima videatur, quum affectio non sit visibilis: efficit tamen ut anima nonnihil visibile seculum trahat, id est involucrium quoddam, vel æreum, vel ex spiritibus vaporibusq; corporis sui conflatum, ut vult Proclus, vel nuper ex circumsuso aere congregatum. Certe hic Plato significat quod vult Proclus, scilicet inter corpus æthereum, quod immateriale est, & simplex & sempiternum, atque corpus terrenum, quod est materiale, compositumq;, & ad breue perdurans, esse corpus æreum, materiale quidem, sed quodammodo simplex & longioris aui, in quo animæ diutius habitent etiam post discessum: quod hoc dissoluto, corpus iterum compositum induantur, videlicet si purgata non sint: si vero purgata, cum solo æthereo celum petant. Quod animarum transitus narrat in bestias, Pythagoricorum est. Idq; intellige, videlicet animas nostras non iam viuificare corpora bestiarum, quam purgatorij gratia per brutam imaginationem suam quodammodo brutorum imaginationi misceri, quemadmodum impuros aiunt demones insensuum imaginationum sæpe permixtos. Sic utique excepto Platone plerique exponunt Platoniorum, quod quidem patet ex eo, quod non dicit animam fieri bestiam, sed induere, subire, transire. Concludit solos in Deum recipi, qui per veram philosophiam purgati decesserint. Audi præter hæc vinculum animæ, cum corpore nihil esse aliud quam amorem, scilicet naturaliter proidentem. Item quoties anima per instrumentum agit circa formas in subiecto iacentes, nihil sincere cognoscere, sed solum quando per seipsum conuertitur ad formas in seipsis simpliciter existentes. Disce luc quoque animam ex eo quod rebus corporeis oblectatur & paschitur, euadere corporealem: atque hinc usque ad falli, si sola corporea iudicet esse vera, quum omnino sit contraria: fallaciam eiusmodi malorum omnium esse grauissimum. Accedit quod anima iam facta corporea post obitum quoque ab incorporeis seipsum circa corporea labitur. Conclude animam suæ puritati pernitens restitutum, nullo modo suæ immortalitati diffidere. Cygni fabula Pythagorica est, atque allegorica. Pythagorica quidem, ubi dicit cygni animam superuivere. Allegorica verò intelligitur cygnus in numero solarium animalium contineri, & Socratem solarem esse, tum quia Phæbi oraculo approbatus est, tum quia mentibus hominum medebatur. Adde vaticinium esse quadruplex, diuinum, demonicum, humanum, naturale. Idq; vltimum in bestijs fieri quodam instinctu nature. Intellige etiam cygnos innocentes sine philosophia homines: qui quum mortem sepe minime timeant, significant philosophos absolutos timere eam nullo pacto debere. Animadverte deinde difficilimum esse in hac vita substantiam animæ intelligere, quoniam videlicet sub corporea eam specie intuemur. Ideoque iustissimam rationem ad animam comprehendendam esse, tum moralem purgationem, tum metaphysicam abstractionem. Vbi verò minus id sufficiat, opus esse diuino quoddam verbo, id est, reuelationibus diuinitus factis atque miraculis. Nos verò hic diuini verbi mysterium à Platone significatum considerare debemus. Tradit deinde duo in disputando præcepta. Primum, ne rationibus ullis absque longa examinatione credamus. Postquam verò rationi cuidam sufficienti examine crediderimus, ne faciliè inde ob quaslibet obiectiones similitudinesque amoveat

amoveatur. Secundum, ne aut propriam, aut alienam in disputando personam, sed rationem duntaxat veritati consonam cogitemus. Sequantur dubia contra animam, ne forte consonantia quaedam sit humorum, atque vel prius corpore, vel una cum ipso, vel inde ad tempus aliquod dissolvatur. Quaedam quidem dubia Socrates ita solvit. Si disciplina reminiscencia est, ideoque ante corpus vixit anima, nequit anima esse corporis consonantia. quippe quum consonantia partes ex quarum concursu fit, non antecedit, sed consequatur. Si eadem est consonantia ratio, atque animae, sicut altera anima non magis anima est, quam altera: ita neque consonantior erit. temperans igitur anima nihil plus consonabit quam intemperans. Si consonantia necessario ea sequitur, ab eis; ducitur ex quibus ipsa constat, non potest anima corporis consonantia esse, quod quotidie dicitur, cui saepe repugnat. Caterum antequam dubitationes absoluat, rationesque immortalitatis omnino perficiat, longo discursu damnat illos qui rerum causis assignandis ad materias quasdam & instrumenta confugunt, asserens totam historiam naturalem insufficienter per eadem naturalia confirmari: quippe quum haec omnia omniumque motus à divinis causis efficientibus finalibus idealibusque: omnino dependant. Optat in primis finalem cuiusque rei causam atque universi, id est bonum cuiusque, & universi bonum, cuius quidem boni potestatem causam esse dicit efficientem. Quoniam vero ipsam boni amplitudinem comprehendere nequit, secundo eligit loco ideales divinae intelligentiae rationes, ad quarum similitudines in mundi materiam expressa sunt omnia. Inter haec nota Moysi mysterij confirmatio nem, sicut & in Timaeo. Vidit Deus singula esse bona, etiam cuncta valde bona. Ita omnia ipso bono connecti. Rursus animum corpoream intuentem, interim ad incorporeum intuitum obsecari. Neque posse veritatem rerum haberi, nisi ad ideas confugiamus. Praeterea formulas idearum inesse mentibus nostris, ad quarum congruitatem vel contra, singula vera esse, vel contra censentur. Socratem nunquam certam idearum contemplationem intermittere consuevisse, solasque affirmare solere. Certam rerum causam in ideis esse sitam, immortalitatem quoque animae ab ideis potissimum demonstrari. Processum inter ideas à minus communi per medias ad communissimam fieri. Atque defensum ab ideis ad effectum earum. Denique rationem disponit immortalitatis ex eo quod rationalis anima corpori praestat vitam, non ut accidentalis forma inherens corpori, sed ut substantialis in seipsa permanens, ex se formaliter vivens quasi quaedam vitae corporalis idea, atque per se efficienter corpus vivificans. Ideoque concludit animam non posse suscipere mortem, cum mors vitae opposita sit, anima vero & vitam propriam habeat, et maneat in seipsa, adeo ut neque per se proprie, neque per subiectum aliud mortem suscipere valeat. Post haec ex eo quod anima sit immortalis, cohortatur oēs ad moralem speculativamque disciplinam, ut animus & per voluntatem & per intellectum purgatus atque perfectus, his quasi duabus alis in caelestem patriam revolet. Confirmat interim esse animam immortalem, quia neque virtus tandem obesse, neque vitium prodesse debeat. obesse aut laboriosa virtutis via bonis, atque contra prodesse voluptuosa malis vita, nisi foret animus immortalis. Ac ne quis fortasse neget posse post hanc vitam vel vitium obesse, vel prodesse virtutem, subiungit animae affectiones & habitus tam voluntatis quam intelligentiae comparatos, siue bonos, siue malos secum ferre, subito vel laesos, vel profuturos. Dæmonem namque ducem oēs ad divinum iudicem vitae repente perducere in locum communi iudicio deputatum, in aerem scilicet minus purus, & in aethere puriores, ibique iudicatos ab alio rursus dæmone per trinum ad sua sibi similia singulos trahi. Per trinum, inquam, quia alij mittuntur in caelum, alij in tartarum, alij vero in medias regiones. Ducit aut eos dæmon, in bonis quidem intelligentiam movens, in malis aut imaginationem affectumque perturbans. Quod aut dicit iniquos absque duce errare, absque benefici intelligi duce. Adde quod neque quo trahantur, agnoscunt, & violentia rapiuntur. Caterum antequam animarum distribuatur sortem, orbem terrae describit, dicens esse quasdam terrae plagas, atque illas quidem amplissimas, & usque adeo altas, ut ventis & imbribus non pulsentur. Vbi temperatissimus aer sit, sub quo preciosissima quaeque nascuntur, homines acutissimi sensibus, vitaeque longae. Sunt qui velint & homines & alia illic nascentia quam plurimum ex aethere aereque componi, quam minimam vero ex crassioribus elementis: ut hominum corpora quasi aerea sint, fructibusque maxime aereis intriantur. Quod ne quis tanquam impossibile, neget, Olympiodorus Aristotelis adducit historiam, in qua Aristoteles vidisse se inquit hominem qui solo aere nutriebatur & sole. Quod autem terrae sublimis faciem in duodecim dividit plagas, inde provenit, quia duodecim congruit Zodiaci signis, duodecim sphaerarum regitur animabus, & duodecima est mundi sphaera, atque veluti totius fundamentum duodecim illam sibi insuperat figuram, quam Timaeus attri-

buit mundo. Sed de hac ipsa figura, de qua alij terrae proprijs quæstionibus, in Timaeo dicemus. Tu vero terrae huiusmodi habitatione terrestri Moysi paradiso similem esse memento. Proinde flumina sub terra deferibit, quibus animae nutriuntur. Quae quisquis secundum nostri corporis humores animique perturbationes in hac vita nos affligentes exponit, nonnihil adducit simile verò, veruntamen veritate integram non assequitur. Plato enim & hic & in Republica significat premia virtutum & supplicia vitiorum ad alteram vitam potissimum pertinere. Acheron igitur sub terra flumen locus est purgatorius, atque ad curam pertinet & marorem. respondet quoque aeri, partique mundi meridiana. Phlegeton igni respondet atque orienti, utinque puniendi continet per calorem, & ira cupiditatisque ferorem punit. Styx Cocytusque respondet terrae atque occasui, odiumque per luctum stetumque puniunt. Differunt verò hoc inter se solum, quod Styx exoriens appellatur. Cocytus verò progrediens. Tartarum infimum tenere vult inferni locum, in quo scelestissimi non medice, sed exempli gratia affliguntur, quemadmodum hic & in Republica legitur & Gorgia. Addunt quidam ad haec flumina Oceanum quoque quodammodo pertinere, aquae septentrionique respondentem, in quo distinguendi definiendique virtus intelligatur. Tu verò quod de fluminibus dicitur, potissimum de dæmonibus numinibusque intellige, flagitiosos tali quodam ordine punientibus. Profecto peccata facile sanabilia sunt, quae nondum in habitum sunt conversa. Difficile verò sanantur quae iam habitum genuerunt: veruntamen una cum quadam rationis repugnantia committuntur, & committentes afficiunt poenitentia. Insanabilia verò sunt omnino, quorum habitus & repugnantiam & poenitentiam procul fugat. Prima purgantur in Acheronte. Secunda, si ad prima vergant, puniuntur in Phlegetonte: si ad tertia, in Styge, atque Cocyto. Tertia affliguntur in Tartaro, ex quo, ut Plato inquit, nunquam egreduntur. Quo verò pacto alij aliter id exponant, in praesentia libentius praetermitto. Affligi verò possunt animae non tantum per imaginationem infeliciter à dæmonibus agitatam, sed per aerea quaedam corpora, quae vehiculi & cymbae nomine designantur. Praemia verò sic Plato distinguit. Anima quae iuste & sancte sine philosophia vixerit sublimia terrae, qualia supra descripsimus, ascendentes, in tenuissimis spiritalibusque ibi corporibus habitant. Quae verò civiliter propterea philosophatae sunt, cum splendidis caelestibusque corporibus caelum colunt. Sed quae per exactam philosophiam perfecte purgatae sunt, in locum supercaelestem evolant, ubi absque corporibus omnino, ut Plato hic inquit, totum per tempus vivunt. Quae verò id ratione exponant nonnulli, consulto non recensebo. Porphyrius certe atque Iamblichus tradunt animas Deo perfectissimo restitutas nunquam cadere. Quod quidem congruè respondet oppositis, quae ex tartaro nunquam emergere iudicantur. Quod quidem si ita sit, circuitus iam infiniti tollentur: Temporales verò circuitus ad liberi purgationis cuiusdam gratia videbuntur. Socrates tandem gallum Aesculapio sacrum se debere fatetur, reddique diligentissime iubet. Prius Aesculapio medico Phabi filio gallum sacrificabant diei solisque nuncium, id est, divinae beneficentiae morborum omnium curatrici, quae divina providentiae filia nominatur, diem, id est, vitae lumen debere se fatabantur. Eiusmodi medicum in superioribus perquirere iusserat morborum animi curatorem. Et quasi iam omni dubitationis metus morbo liberati sint, gratiam victimamque Deo referri iubet. Praeterea oracula praeorum tradunt, animas remeantes in caelum, paena, id est, triumphalem cantilenam canere Phabo. Reddit ergo Deo votum, ut alacer Paena canens, caelestem patriam repetat.

ECHECRATES, PHAEDO, APOLLODORVS, SOCRATES, CEBES, SIMMIAS, CRITO, MINISTERS VNDECIMVIRORVM.



PSENE, ò Phado, affuisti qua die Socrates venenum bibit in carcere? an ab alio audivisti? PHAED. Equidem, ò Echeocrates, affui. ECHEC. Quae nam sunt ea quae vir ille antequam moreretur, locutus est? Et quomodo è vita discessit? Libenter enim audirem. Nam neque quisquam Phlaistorum civium frequenter

quenter proficiscitur nunc Athenas, neq̄ iādū hospes ali-
quis inde ad nos accessit, qui certū aliquid ea de re nūcia-
re nobis posset, nisi illum potato veneno ē vita migrasse.
De ceteris verō nihil quid referrēt, habebant. PHAED.
Nec ergo qua ad iudiciū pertinebant, quo pacto tractata
fuerint, audistis? ECHEC. Audiuimus. hac. n. no-
bis quidā reculit. Et admirati profectō sumus, quod iā
peractō iudicio, diu postea obiisse videatur. Quidnam in
causa fuit, o Phædo? PHAED. Sorte quadā id Socrati, o
Echecrates, accidit. nam pridie quā iudicaretur, orna-
ri cōtigat puppim nauis eius, quam mittunt Atheniēses
in Delū. ECHEC. Id verō quidnam sibi vult? PHAED.
Hac est illa nauis, ut aiūt Athenienses, in qua Theseus
olim bis septē illos secum tulit in Cretā, seruauitq̄ illos,
& ille seruatus est. Venerat autē, ut fertur, Apollini, si
seruarentur, quotannis in Delum spectaculum quoddam
mittere. Quod quidem nunc etiam ac semper ex illo tem-
pore singulis ad Deum mittunt annis. Cum igitur specta-
culi principium agitur, ex lege interim lustrant urbem
neminemq̄ eo tempore publice necant, donec Delum per-
ueniat nauis, rursusq̄ Athenas reuertatur ex Delo. Id
verō nonnunquam longo peragitur tēpore, quādo eos occu-
pant venti. Initium verō spectaculi est, postquam Apol-
linis sacerdos nauis illius coronauerit puppim. Id verō, ut
modō dicebam, pridie quā iudicaretur, factum erat.
Quamobrem lōgū tempus Socrates fuit in carcere iudiciū
inter atq̄ mortem. ECHEC. Circa verō mortem ipsam, o
Phædo, quā nā sunt ab eo dicta, qua facta, quiue fami-
liariū aderant? An fortē magistratus adesse non permit-
tebant? atq̄ ita orbatu decessit amicis? PHAED. Permit-
tebant quidem. Ideoq̄, aderant aliqui, & quidem mul-
ti. ECHEC. Hæc igitur oīa para te quā planissimē no-
bis referre, nisi quid negocij te impediāt. PHAED. Ocio-
sus equidem sum, atq̄ enarrare vobis conabor. Quippe cū
meminisse Socratis siue ipse loquar, siue loquentes alios au-
diā, mihi semper oīum sit dulcissimum. ECHEC. Simili-
ter, o Phædo, hos qui te audituri sunt, affectos habebis.
Sed iā pro viribus diligentissimē refer oīa. PHAED. At
qui mira quadam ratione, o Echecrates, illic presens af-
fectus eram. Neque. n. misericordia me habebat, ut fami-
liarissimi viri morti presentē. Sanē beatus vir ille mihi, o
Echecrates, videbatur, tum animi illius habitū, tum ora-
tionē consideranti: adeo intrepide generoseq̄ migrabat ē
vita, ut videretur mihi illum in vitam alteram, nō abs-
que diuina sorte migrare, sed illic quoq̄ beatū fore, si quis
unquam alter. Quamobrem neq̄ admodum cōmouebat,
ut consentaneum videretur hominem rei presentem lugu-
bri cōmoueri: neque rursus afficiebar latitia, quemadmo-
dum solebamus aliās, quum in philosophia uersabamur.
Nū sermones quidem eiusmodi erant, sed reuera affectus
quidā mirus atque insolita uoluptatis dolorisq̄ permixtio
me inuaserat, considerantem paulō post moriendū fore.
Et quicumq̄ aderamus, fermē similiter eramus affecti,
aliās quidem ridentes, aliās uerō lacrymantes. Vnus autē
præ ceteris Apollodorus: nosti enim uirum, eiusq̄ morē.
ECHEC. Quidni? PHAED. Ille igitur ita prorsus erat
affectus atq̄ ego ipse aliq̄ omnes distractum similiter per-
turbatione animum habebamus. ECHEC. Sed qui-
nam fortē aderant, o Phædo? PHAED. Ciues quidem &
indigenæ aderant, ipse Apollodorus, & Critobulus,

paterq̄ eius Crito: rursus Hermogenes, Epigenes, Ae-
schines, Antisthenes. Aderat & Ctesippus Paaneus,
& Menexenus, atq̄ alij quidā indigenæ. Plato autē, ut
arbitror, egrotabat. ECHEC. Sed nū aliqui aderāt pe-
regriini? PHAED. Aderāt & peregrini, Simmius The-
banus, & Cebes, et Phædonides: Megareses verō Eu-
clides, & Terpsion. ECHEC. Aristippus autē & Cleo-
brotus nūquid aderant? PHAED. Non. In Aegina. n. di-
cebatur esse. ECHEC. Aderantne in super alij? PHAED.
Hos fermē quos narraui, interfuisse existimo. ECHEC.
Dic verō quales fuerūt sermones? PHAED. Conabor equi-
dē à principio tibi oīa enarrare. Solebamus quotidie die-
bus superioribus ad Socratē proficisci ego atq̄ alij, conue-
nientes mane in illa curia in qua & iudiciū factum fue-
rat. Carceri. n. erat proxima. Colloquētes igitur inter nos
operiebamur semper illic quoad carcer aperiretur. aperie-
batur. n. haud admodum mane. Eo autē aperto, ingredie-
bamur ad Socratē, et ad plurimum diem cū ipso confabu-
labamur. Tunc ergo prius solito conuenimus. Pridie nan-
que eius dies quum ē carcere egressi essemus, uespere nauā
ex Delo audiuimus redijse. Itaq̄ ediximus inuicē sum-
mo mane nobis fore ad locum solitum redeundum. Cum
verō reuersi essemus, exiens nobis obuius ianitor qui nos
solebat admittere, expectare iussit, nec prius ingredi
quā ab ipso accersiremur. Soluunt. n. inquit, undecim-
uiri Socratem, illiq̄ denunciant hodie mortem esse obeun-
dam. Neque deinde admodum commoratus redijt ad nos,
iussitq̄ intrare. Itaque introeuntes Socratem quidem in-
uenimus compedibus paulō antē solutum: Xanthippen
verō, nosti mulierem, iuxta sedentem, puerumq̄ eius ma-
nibus tenentem. Qua nos quum uidisset, eiulare cepit,
et qualia mulieres solent exclamare: O Socrates, inquit,
nunquam amplius affabuntur te tui familiares, neque
tu illos. At Socrates Critonem intuitus, O Crito, in-
quit, deducat quis hanc domū. Et illam quidem reduxi-
runt quidam Critonis domestici, vociferantem atque plā-
gentem. Socrates autē sedens in lectica, contraxit ad se
crus, manuq̄ perfricuit, atq̄ inter fricandum sic inquit:
Quam mira uidetur, o Viri, hæc res esse, quam nomi-
nant hoīes uoluptatem, quamq̄ miro naturaliter se ha-
bet modo ad dolorem ipsum, qui eius contrarius esse uide-
tur. Quippe cū simul homini adesse nolint. Attamen si
quis prosequitur capisq̄ alterū, semper fermē alterū quoq̄
accipere cogitur, quasi ex eodem vertice sint ambo con-
nexa. Arbitror equidem Aesopum, si hæc animaduertisset,
fabulam fuisse facturum: videlicet Deum ipsum
cū ipsa inter se pugnantia uellet conciliare, neq̄ id fa-
cere posset, in unum saltem eorum apices cōiunxisse, pro-
ptereaq̄ cuiusq̄ adest alterum, eidem mox alterū quoq̄
adesse. quod quidem mihi accidit in p̄sentia. Siquidē mo-
do crus propter vincula afficiebatur dolore, sed huic suc-
cedere uoluptas iā uidetur. Ad hæc Cebes, Per touem, in-
quit, o Socrates, opportune id mihi in memoriam renoca-
sti. Cum. n. poemata cōposueris, sermones intendens Ae-
sopi scripto in Apollinem proemio, tum alij multi me in-
terrogauerunt, tum Euenus paulō antē, quoniam consilia
postquā in carcerem deuenisti, ea feceris, qua prius fece-
ras nunquā. Si igitur tibi cura est ut habeam quid respon-
deam Eueno, quando iterum ex me quaesierit, quod cer-
to scio facturum, dic quaeso, quid ei sit respondendum.

Vera, inquit, o Cebes, responde, me id effecisse, nō ut vel ipsi gratificarer, vel cum ipsis carminibus decertarem: sciebam .n. facile id non esse: Verum ut insomnia quadā experirer me simul expians, num fortē hac sit ea musica quam sapiens iam exercere me iubent. Nam frequenter superiori tempore insomnium idem, licet alia atq. alia forma sese mihi offerens, eadē semper ita praecepit. Fac, o Socrates, musicam, atq. exerce. Ego igitur quod in superiori tempore faciebā, hoc mihi p̄ceptum arbitrabar: Et quemadmodū currentes adhortari solemus, sic quod ipse antea faciebam, ad idem me insomnium cohortari putabam, quasi philosophia maxima musica foret. Postquam verō factō iam de me iudicio, mori me interim Dei festiuitas inhiheret, censui oportere, si fortē insomnium toties iubeat popularem hanc musicam exercere, non negligere eius p̄ceptum. Tutius .n. fore arbitratus sum, antequā ē vita migrare, expiare āum, atq. ut monet insomniū, poemata facere. Quamobrem primo equidem cecini Deū ipsum, cuius tunc sacra celebrabantur: atq. post Deum iudicans oportere eū qui p̄oeta futurus sit non sermones, sed fabulas facere, me verō non esse fabulatorem, nonnullas ex fabulis Aesopi quas sciebam, magis in promptu habebam, ut in quāq. prius incidi, modulatus sum. Hac igitur, o Cebes, refer Eueno, & Valere iube. Atq. consule, ut si probē sapit, me sequatur. migro .n. hinc hodie. Sic .n. Atheniensēs iubent. Tunc Simmias, Quale id est, inquit, o Socrates, quod Eueno mandas? Sape equidem cum illo fui, & quantum de illo sentio, nullo penē modo libens ille tibi parebit. Quid verō inquit? nōne philosophus est Euenus? Mihi quidē videtur, inquit Simmias. Voleat igitur & Euenus, & oīs quicūq. huius rei dignē est particeps. Non tamen fortē sibi vim inferet. Non .n. fas esse aiunt. Et simul hac dicens, crura ē lectica demisit in terrā. Atq. ita sedens, deinceps reliqua disputauit. Quasiuit igitur ab eo Cebes, quonā id modo ais, o Socrates? fas quidē non esse seipm violare, philosophū tamen optare morientē sequi? Quid, o Cebes, inquit, nōne tu Simmiasq. talia q̄dam audiuisti à Philolao, quo familiariter utebamini? Manifesti quidē, inquit Cebes, nihil, o Socrates. Atqui ego quoz de his rebus, inquit Socrates, ex auditu loquor. Quae igitur fortē ipse audiui, referre vobis nulla inuidia prohibebit. Etenim fortē maximē decet illō migraturū considerare atq. effingere qualis fore putāda sit hac ipsa migratio. quid .n. aliud vsq. ad solis occasum quis faciat? Quā ob causam, inquit Cebes, o Socrates, nefas esse aiunt sibi manus inferre? Iam .n. quod modo q̄rebas, ego à Philolao audiui, quum apud nos versaretur, & ab alijs insuper nonnullis, non decere id facere: apertū tamen hac de re quicquā nihil ab aliquo vnquā audiui. Sed attentione opus est, inquit. Nā & si audiueris, mirum tamen fortē videri possit, si hoc solū ex alijs omnibus simplex sit, nec accidat vnquam homini quemadmodum cetera, quando & quibusdam melius mori quā viuere. Itaq. mirum tibi fortē videretur, si his quibus praestat mori, non liceat sibi prodesse, sed alium oporteat expectare qui profit. Tunc Cebes subridens, Prō Iupiter, inquit, Thebanorum more. Atqui videri quidem, inquit Socrates, potest id sic absurdum. Fortasse etiam quadam habet rationem. Profecto sermo ille qui de his arcanis habetur, in quadam

custodia esse homines, neque dicere quenuam ex hac seipsum soluere, neque aufugere, magnus quidem mihi videtur, neque cognitu facilis. Veruntamen id mihi, o Cebes, rectē apparet dictum, Deos quidem curam habere nostri, nos verō homines vnā quadam ex possessionibus esse Deorum. An non ita tibi videtur? Mihi quidem, inquit Cebes. Nōne igitur, inquit, & tu si quod ex mancipijs tuis seipsum perimeret, quum tu nullo modo id permisisses, irascereris vtiq. illi? Et si potestatem haberes, p̄na quadam afficeret? Omnino, inquit. Fortē igitur hac ratione haud prater rationem est, non prius decere seipsum interficere quā Deus necessitate aliquā imposuerit, qualem nobis imposuit in presentia. Consentaneum id quidem apparet, inquit Cebes. Quod verō dicebas modō, philosophos perfacile velle mori, absurdum, o Socrates, videtur esse, si quidem quod nunc diximus, rationem habet, Deum videlicet nostrum esse curatōrē. Nos verō in rebus eius positos esse. Nullam enim id rationem habet, prudentissimos videlicet homines non agrē ferre ab ea cura se amoueri, quā sibi praestant Di optimi omnium rerum gubernatores. Nunquam enim putaret vir prudens ipsum se melius esse curaturum, si liber euaserit: sed demens aliquis forsitan id putaret, fugiendum scilicet esse à domino, neq. cogitaret non esse id quod bonum est fugiendum, sed in eo maximē permanendum. Ideoq. absque ratione fugeret. Qui verō mentem habet, semper apud eum qui sit melior esse cupit. Atque ita, o Socrates, contrā omnino conuenienter esse videtur, quā quod paulō antē dicebatur, Sapientes quidem decere grauius mortem ferre, insipientes verō libenter. Socrates igitur cum hac audisset, delectari visus est argutia Cebetis. Conuersusq. ad nos, Semper, inquit, hic Cebes rationes quasdam perferatur, neq. admodum facile quod cuius dixerit, vult admittere. Tunc Simmias, Mihi quoque, inquit, nonnihil videtur Cebes dicere. Quo .n. consilio sapientes viri eos qui meliores reuera quā ipsi sint, fugiant, illiq. carere facile patiātur? Atqui mihi videtur Cebes sermonem in te intendere, quod tam facile & nos relinquant & Deos, ut tu ipse fateris, principes bonos. Iusta dicitis, inquit Socrates. arbitror enim vos dicere meipsum tanquam in iudicio oportere purgare. Et maximē quidem, inquit Simmias. Age ergo, inquit. Conabor nūc apud vos accuratius quā nuper apud Atheniensium iudices fecerim, me defendere. Equidem, o Simmia atque Cebes, nisi me migraturum putarem, primum quidem ad Deos alios sapientes & bonos, deinde ad homines defunctos his qui hic sunt meliores, iniusta agerem, non molestē ferens mortem. Nunc certē habetote, sperare me ad viros bonos iturum, sed hoc quidē haud omnino asseuerarem. Quod verō ad Deos dominos valde bonos iturus sim, certum habetote, siquid aliud eiusmodi, & hoc vtiq. me affirmaturum. Propterea haud similiter mortē molestē fero: sed bono animo sum, speroq. superesse aliquid his qui defuncti sunt, atque ut iam diu dicitur, multo melius bonis fore quā malis. Quidnam, o Socrates, cogitas, inquit Simmias? Nunquid ipse cum isthac sententia hinc abire? An nos quoz particeps eius relinquere? Nempe commune nobis quoz id bonum arbitror esse debere. Praterea ita demum te apud nos purgaueris, si qua dicitis, nobis etiam persuaseris.

Dabo

Dabo equidem operam, inquit. Sed Critonē prius auscultemus. Videtur enim mihi iandudum nonnihil significare Velle. Quidnam putas aliud, o Socrates, inquit Crito, quam quod iandudum mihi dicit is qui tibi Venenum est daturus? Iubet enim te moneri ut quam parcissime loquaris, dicens eos qui disputant, nimium incallescere, nihil verò tale bibituris Venenum convenire. Alioquin eos qui id fecerint, cogi interdū bis, quandoq; ter Venenū bibere. Mitte ipsum, inquit. Tantum id quod officij eius paret, tanquā bis, & si oportuerit ter pbiturus. Et antea quidem, inquit Crito, fermē id responsurū sciebam. Sed ille me iandudum stimulat. Mitte ipsum, inquit. Ego verò, o iudices, rōnem vobis iam reddere volo, ob quā mihi videatur Vir qui per oēm vitā incubuerit philosophiæ, meritō magna cum fiducia imminentē expectare mortē, atq; bona spe esse, se ibi postquam hinc migraverit, maxima bona reportaturum. Quemadmodum igitur id ita se habeat, o Simmia atq; Cebeus, conabor equidem aperire. Quicumq; philosophiam rectē aliquando attigerunt, nimirum videntur latuisse ceteros hōes, quōd nihil aliud ipsi cōmentarentur quā mori, atq; esse se mortuos. Quōd si id verū est, per absurdum foret, si cum nihil pter hoc aliud per oēm vitā studuerint, hoc ipso adveniente quod iandudū agitabant exercebantq;, graviter ferrent. Hinc Simmias arridens, per Ionē, inquit, o Socrates, mihi quidem haud multū ridere cupienti risum expressisti. Nam multos arbitror fore qui si id audierint, aptissime in philosophos dictum putent, nostrosq; hōes consensuros & valde quidem, philosophos reuera mori, nec tamen ignorare quā digni sint morte. Fortē id rectē, o Simmia, inquit, dicerent, pterquam quod non ignorare addunt. Latuit sanē eos, quā rōne veri philosophi & mori studeant, & morte sint digni. Sed iam relinquamus illos, nobisq; ipsis loquamur. Putamusne aliquid esse mortem? Aliquid certē, inquit Simmias. Nūquid aliud, inquit, quā a corpore solutionem? Esseq; id mortuū esse, scilicet solutū ab a corpore per se seorsum esse? Seorsum quoq; a corpore aīam solutam ipsam per seipsam existere? Nūquid mors prater hoc aliud est? Nihil aliud, inquit Simmias. Considera, inquit, bone Vir, nū tibi idem quoq; & mihi videatur. In his enim vos arbitror planius quæ perquirimus, inuenturos. Videturne tibi philosophi officium esse sectari eas quæ appellantur voluptates, quales sunt epularum, atq; poculorum? Minimē quidem, o Socrates, inquit. Sed nunquid Venerorum? Nullo modo, inquit. Quid reliquum corporis cultum, an multi facere philosophi tibi videtur? Ut habere vestes egregias, calceosq; & alia quæ circa corpus sunt ornamenta, verum multi facere tibi videtur, an nihili pendere, nisi quatenus magna cogat necessitas illis vti? Mihi quidem videtur verus philosophus hæc omnia flocci pēdere, inquit Simmias. An non tibi videtur, inquit, eiusmodi studium haud ad corpus quidem declinare, sed quantum fieri potest ab illo discedere, atq; ad animum se convertere. Mihi quidem, inquit Simmias. Nōne igitur in eiusmodi rebus primū manifeste apparet philosophus prater ceteros homines animum quammaximē potest a commercio corporis segregare? Apparet, inquit. Putant verò pleriq;, o Simmia, eum hominem cui nihil talium dulce sit, neque illis fruatur, reuera vivere existimandum non esse, sed penē mor-

tuum, cum voluptates corporis non percipiat. Verissima narras, inquit. Quid autē circa sapientiæ ipsius acquisitionē? inquit Socrates. Vtrum impedimento est corpus, si quis ipsum socium ad inuestigandum assumpserit, necne? Quale vitz tale aliquid dico. Habentne visus & auditus veritatem in hōibus aliquam? An talia quædam ipsi quoq; pœta semper canunt, nihil nos audire, nihil videre sincerū? Atqui si hō corporis sensus sinceri certiq; non sunt, neq; et alij: quippe cum ceteri oēs his quodammodo deteriores sint. An non tibi videntur? Proxus, inquit. Quando igitur aīo veritatem attingit? inquit. Quādo enim aliquid cum corpore tentat inuestigare, proculdubio decipitur a corpore. Vere loqueris, inquit. An nō sibi propriē in ipsa ratiocinatione fit sibi aliquid eorum quæ sunt manifestū? Ita est, inquit. Ratiocinatur autē tunc optimē, quando horum nihil eū perturbat, neq; auditus, neq; visus, neq; dolor, neq; voluptas: sed quā maxime seipsum in se recipiens, deserit corpus, neq; quicquid quoad fieri potest cum illo cōmunicans, neq; attingens, ipsum quod verē est, affectat. Est ita, inquit. Nōne, inquit Simmias, & in hoc philosophi animus maxime contemnit corpus, ab eoq; aufugit, quaritq; secundum seipsum vivere? Apparet, inquit. Quid verò hæc, o Simmia? inquit. Dicimusne iustum ipsum esse aliquid, an nihil? Aliquid per Ionem, inquit. Rursus ipsum pulchrum ipsumq; bonum aliquid esse? Quidni? Nū aliquando horum aliquid oculis percepisti? Nunquā. An alio quodā sensu corporis attigisti? Loquor autē de omnibus, veluti de ipsa magnitudine, de sanitate, de robore ipso, ac summam de ceterorum omnium essentia. i. quod vnaquodq; sit, nunquid per corpus quod in his verissimum est, pspicitur? An ita se res habet? Quicumq; nostrum maxime & sincerissime cogitare mente se cōparat ipsum quod ag greditur cogitandū, hic proximē ad cognitionē ipsius accedit? Proxus. Nōne igitur ille purissime faceret, quicumq; ipsa mentis excogitatione quā maxime se ad vnumquodq; conferret, neq; visum in excogitando adhibens, neq; sensum proxus vllū ratiocinationi coniungēs: sed ipsa secundum seipsam mentis excogitatione sincera vrens, ipsum per se quodlibet sincerum existens studeret venari, ab oculis, ab auribus, & ut summam dicam, a toto corpore liber, ut potē perturbante animum, neque permittente veritatem, sapientiamq; assequi, siquādo in cōmunionem recipiatur? An non hic erit, o Simmia, si quis vnaquā alius ipsius quod verē est cōpos? Mirifice vō loqueris, o Socrates, inquit Simmias. Nōne igitur, inquit, ex his oibus necessario sequitur, opinionem eiusmodi legitimis philosophis vsque ad eō constare debere, ut ad se inuicē ita loquantur? Necessaria iam rōne concluditur nos quadā rationis ipsius via ad id considerando perducī, videlicet donec corpus habemus, animusq; noster tāto malo erit admixtus, nunquam nos id quod desideramus, verum ad votum consecuturos. Impedimenta enim penē innumerabilia corpus præbet, propter necessariam eius alimoniam. Prater ea morbi nobis hinc incidentes, inuestigationem veritatis impediunt: amoribus, cupiditatibus, timoribus, multiplicibusq; imaginibus, multis deniq; nugis nos implet, ut verissime dicatur nihil pēsi vnaquā ac veri nobis afferre. Nā ad bella, ad seditiones, ad pugnas nihil aliud quā corpus multiplex, eiusq; cupiditas i-

pellit. Omnia. n. pecuniarum gratia sunt. Pecunias autem querere cogimur, corporis gratia, usui eius inservientes. atque ita fit ut propter haec omnia a philosophia studiis abstrahamur. Extremum vero omnium est, quod siquid ab ipso oritur nobis contingat, nosque ad considerandum aliquid conferamus inuestigantibus nobis rursus ubique sese opponens, tum vultu quodam perturbat animum, et quasi percutiens reddit attonitum, adeo ut hoc obstaculo impediti, verum perspicere nequeamus. Ceterum nobis reuera demonstratum est, si quando optamus pure aliquid intelligere, recedere a corpore oportere, atque ipso animo res ipsas considerare. Atque tunc, ut apparet, copotes enademus eius quod affectamus, cuiusque amatores profitemur nos esse, scilicet sapientiam, cum videlicet mortui fuerimus, quemadmodum significat ratio: dum autem vivemus, nequaquam. Nempe si nihil cum corpore pure discerni potest, est duobus alterum: aut nullo modo possumus scientiam consequi, aut post mortem. Tunc enim animus ipse per seipsum erit seorsum a corpore, prius vero nequaquam. Atque dum vivimus, ita ut videtur, proxime ad scientiam accedemus, si quam minimum cum corpore commercium habuerimus, neque quicquam cum illo concaverimus, nisi quantum summa cogit necessitas: neque huiusmodi natura replebimur, sed ab eius contagione cauebimus, quoad deus ipse nos soluat: atque ita puri, et a corporis insania liberati, ut consentaneum est, cum talibus erimus, cognoscemusque per nos ipsos sincerum quodlibet. id forsitan ipsum verum, nam impuro quidem purum attingere nefas est. Talia equidem, o Simmia, iudico necessarium esse omnes discendi cupidos loqui inuicem, atque opinari. An non tibi videtur? Et maxime quidem, inquit Simmia, omnium, o Socrates. Si haec igitur, inquit vera sunt, o amice, magna spes est eunti illuc quod nunc ego proficiscor, sicubi et ibi sufficienter eius rei se copotem fieri, cuius gratia tantum nos negocium in superiori vita suscepimus. Hanc ergo migrationem in praesentia mihi iniunctam, bona spe suscipio, similiterque quisvis alius, qui modo putavit preparatam sibi mentem tanquam purificatam. Ita prorsus, inquit Simmia. Purificatio vero, inquit, nonne in hoc consistit quod iandudum dicebamus, videlicet ut quam maxime possumus, seiungamus a corpore animum? hoc est et in presenti tempore, et in futuro a corpore tanquam a vinculis resolutum. Maxime quidem, inquit. Nonne igitur haec mors appellatur solutio animae, separatio a corpore? Prorsus. Soluere vero ipsum quemadmodum confitemur, omni tempore maxime ac soli student qui recte philosophantur. Atque haec ipsa philosophorum meditatio est, animum a corpore soluere, atque separare. Nonne ita? Ita videtur, inquit Simmia. Quamobrem, ut in principio dicebam, ridiculum foret, si vir qui se in vita sic comparavit, ut quam proxime ad mortem accederet, ea deinde adueniente, perturbaretur. Nonne ridiculum? Quidni, inquit Simmia. Reuera igitur, inquit, recte philosophantes mortem commentantur, atque ab ea minime omnium perterrentur. Ita vero considera. Cum enim corpus quidem ubique aspernentur, animum vero ipsum cupiant secundum seipsum habere, nonne summa esset absurditas, si tunc quando id evenit, expauescant, moleste ferant, neque libenter illuc proficiscantur, quod quum pervenerint, spes est eo quidem quod amabant in vita, potiri, amabant autem sapientiam, eo autem cuius commercium moleste ferebant, liberari? An vero amatis et mulie-

ribus et filijs defunctis, multi iam sponte voluerunt ad inferas proficisci, sperantes eos ibi visere, cum eisque versari quos amauerunt, sapientia autem verus amator vehementer in hanc ipsam spe adductus, non aliter ea pro dignitate vlla se comparaturum, quam si moriatur, imminentem mortem egre feret, ac non libenter hinc illuc emigrabit? Arbitrari quidem, o amice, oportet, si verum philosophus sit, magnopere apud ipsum hanc opinionem valere, ut non alibi puram sapientiam posse assequi speret, quam in futura post mortem vita. Si autem hoc ita se habet, nonne quemadmodum modo dicebam, praeter rationem foret omnino, si mortem eiusmodi formidaret? Per Iouem, inquit Simmia, contra rationem. Sufficiens ergo coniectura erit, inquit, si quem uideris moleste mortem ferre, cum non esse philosophum, sed φιλοσομῶν, quemdam. id est corporis amatorem, atque eundem ferme φιλοχρήματον, et φιλόμυγν. id est pecuniarum honorumque cupidum, ac talem, ut alterum horum affectet, aut utriusque. Omnino ita est, ut ais, inquit Simmia. Proinde quae, o Simmia, fortitudo nominatur, an non uiris eiusmodi maxime conuenit? Maxime. Nonne et temperantia, cuius plerique aiunt officium esse, nequaquam pro sternere se libidinibus, sed parui pendere illas, modestiamque seruare, his duntaxat conuenit, qui corpus despicunt maxime, atque in philosophia uiuunt? Necessesse est. Si enim considerare uelis fortitudinem temperantiamque aliorum, tibi per absurda uidebitur. Quanam, o Socrates, ratione? Scis utique ceteros omnes mortem unum ex maximis malis existimare. Et maxime quidem. Nonne igitur maiorum metu malorum, quicumque inter eos fortes sunt, sustinent mortem, quando sustinet? Hoc pacto. Metuendo igitur, atque metu fortes ita sunt omnes praeter philosophos, etsi absurdum est metu, uel timiditate aliquem esse fortem. Nimirum certe, inquit Simmia. Quid autem? qui inter eos moderate dicuntur, inquit, nonne simili quodam pacto affecti sunt, interperantia uidelicet quadam temperati? quanquam impossibile id esse dicimus, uerumtamen illis enenit affectio quaedam huic similis, in ista eorum fatua temperantia. Timentes enim ne alijs careant uoluptatibus, easque appetentes, a ceteris abstinent, ab alijs superati: etsi uocant interperantiam a uoluptatibus superari. uerumtamen accidit eis, ut superati a uoluptatibus, alias superent uoluptates. Iam uero id illi simile est quod modo dicebatur, scilicet quodammodo per interperantiam fieri temperatos. Simile quidem, inquit Simmia. Animaduertendum est, o beate Simmia, inquit, ne haec haudquaquam recta sit ad uirtutem uia, uoluptates uidelicet uoluptatibus, dolores doloribus, et metum metu, et maius minori tanquam nummos commutare, sed ille duntaxat rectus sit numerus, cuius gratia haec omnia oporteat commutari, atque uenudari, scilicet sapientia, prudentia, pro qua, et cum qua omnia emptata ac uendita reuera sit et fortitudo, et temperantia, et iustitia, ac summatur uera uirtus, cum sapientia, siue prudentia, et accedentibus, et recedentibus uoluptatibus, et timoribus, ceterisque generis eiusdem. Sin autem a sapientia segregata inuicem commutatur, aduibratio quaedam sit eiusmodi uirtus ac reuera seruilis, nihil sani uerique possides, uirtutis autem ueritas in horum omnium purificatione reuera consistat, et temperantia, et iustitia, et fortitudo, et sapientia ipsa sit purificatio quaedam. Quamobrem hi qui mysteria nobis constituerunt, minime contemnendi uidentur sed reuera iandudum occulte nos admonere, quicumque

non expiatus neq; initiatus migrabit ad inferos, eum iacere in luto: quicumq; verò purgatus atq; initiatus illuc accesserit, cū dijs habitare. Sunt. n. quemadmodum dicunt, thyrsigeri quidem multi, Bacchi verò pauci. Hi verò, ut equidē opinor, non alij sunt quàm qui rectè philosophati sunt. quorū quidem in numero esse me neq; inferiorem quidē omni studio pro viribus conatus sum. An verò rectè contenderim, aliqui due profecerim, quū illuc pervenerimus, certo sciemus, si Deus voluerit, paulò post, ut mihi videtur. Hæc igitur mea excusatio est, ò Simmia, & ò Cebes, quam videlicet ob causam cū vos eosq; qui hic sunt, dominos relinquā, meritò non egre feram neq; perturber. spero. n. me & illic non minus quàm hic bonos dominos amicosq; inuenturū. Multi verò id minime credunt. Si igitur defensio mea vobis magis quàm Atheniensibus iudicibus persuasit, bene se res habet. Cū hæc Socrates dixisset, suscipiens sermonem Cebes, sic inquit, Cætera quidem, ò Socrates, rectè dicta videntur, quantum verò ad ipsam animam spectat, valde ambigunt hoīes, ne anima à corpore separata nusquam sit vterius, sed ea ipsa die qua homo mortem obierit, intereat, statimq; seiuncta à corpore dissoluatur, atq; exhalās quasi ventus, aut fumus dissipetur atq; evanescat, neq; vterius oīno sit aliquid. profecto si esset alicubi collecta in semetipsam, & ab his malis quæ tu modo narabas liberata, multa nimirum bonaq; spes esset, ò Socrates, vera qua dicebas fore. Cæterum ad id fortasse persuasione fideq; non parva opus est, ut credatur superesse animam post interitum hoīs, atque aliquam vim intelligentiamq; habere. Vera, ò Cebes, loqueris, inquit Socrates. Verum quid agendum censes? an fortè de his ipsis confabulandū, verum ita fore, an aliter probabile sit? Libenter equidem, inquit Cebes, audirem de his rebus quid sentias. Neminem arbitror, inquit, hæc audientem, ne si comædus quidem sit, esse dicturum nugari nunc me, ac de quibus minime oporteat verba facere. Si ergò placet oportetq; considerare, id hoc pacto consideremus, utrum videlicet apud inferos sint mortuorum animæ necne. Verus quidē hic extat sermo, cuius memores sumus, abire quidē illuc aīas defunctorum, rursusq; huc reverti fieriq; ex mortuis. Atqui si hoc verū est, ut ex mortuis iterū viuentes fiant, essent aīa illic nostra. Neque. n. rursus fierent, si alicubi non essent. Atque hæc sufficiens coniectura est, ita esse, si reuera constet haud aliunde viuentes fieri quàm ex mortuis. At verò nisi id sit, alia opus erit rōne. Omnino, inquit Cebes. Neque verò id in hominibus solū, inquit, si planius intelligere vis, consideres, sed in animalibus oībus, & plantis, atque ut summatim dicā in omnibus quæ gignuntur. in his, inquam, omnibus consideremus nunquid omnia sic fiant, neq; aliunde quàm ex contrarijs contraria, quibuscunq; tale aliquid contingit: quemadmodū pulchrum turpi quodāmodo contrarium est, et iustum iniusto, aliq; eiusmodi quamplurima videmus. Ergò utrum necessarium sit, cuiusque aliquid est contrariū, nullo modo aliud de id quàm ex suo cōtrario fieri? Veluti quando quid maius efficitur, necesse est ex eo quod ante fuerat minus, postea maius evadere. Ita est, inquit Cebes. Nōne & si minus aliquid fiat, ex eo quod ante maius erat, postea fiet minus? Sic oīno, inquit Cebes. Quinetiam ex robustiori

Propositur
discutiendū,
an aīa ho-
minis sit
post obitū.

debilius, ex tardiori velocius? Prorsus. Quid verò? Si quid evadat deterius, nōne ex meliori? Et si iustus ex iniustiori? Quidni? In omnibus igitur satis id exploratū habemus, oīa ita fieri, contraria videlicet ex contrarijs. Prorsus, inquit Cebes. Quid rursus, inquit? Est ne mediū aliquid inter contraria duo? Duā videlicet inter illa generationes, siue progressionē ab altero quidē in alterū, atq; in alterum vicissim ab altero? Sane inter maius atq; minus mediū obtinet incrementū, et decrementum, dicimusq; id quidē crescere, illud verò decrecere. Ita, inquit Cebes. Nōne similiter discerni vicissim, atq; confundi, frigescere, & incallescere, omniaq; eodem pacto? Et si nomina nobis desunt alicubi, ubiq; tamē ita necesse est fieri, videlicet oīa ex contrarijs inuicē, generationemq; esse vtriusq; vicissim in alterum? Omnino quidem, inquit. Quid verò? ei quod est vivere, est ne aliquid contrariū? Quemadmodum ei quod vigilare est, dormire contrarium? Sic est oīno, inquit Cebes. Quidnam? Mori. An non ex se inuicē hæc sunt? siquidē contraria sunt. Cumq; duo sint, duā quoq; inter hæc generationes mutua, siue progressionē? Nihil prohibet. Alterā quidem coniugationem eorū, qua modo dicebam, ego tibi dicā, tam ipsam, quàm generationes eorū. Tu verò mihi aperies alterā. Dico autē illud quidem dormire, illud autē evigilare, atque ex somno vigiliam fieri, & ex vigilia somnū: horumq; generationes hanc quidē commuere, illā verò expergisci. Satis feci tibi necne? Satis fecisti certe, inquit Cebes. Dic tu mihi quoque similiter de vita atque morte. An non contrariū vivere dicis esse atque mori? Equidem? Et ex se inuicē fieri? Ita. Ergo ex vivente quidnam fiet? Mortuum. Quid autē ex mortuo? Necesse est cōsiteri viuentem. Igitur ex mortuis, ò Cebes, viuentia sunt atque viuentes. Apparet. Sunt igitur apud inferos aīa nostra. Videtur. Nōne ergo et generationū quæ circa hæc sunt, altera quidē manifesta est? Mori. n. manifestū est, nōne? Ita prorsus. Quidnam igitur faciemus? Nō reddemus vicissim generationē hinc contrariā, sed hac in re duntaxat mancā dicemus naturā esse? An verò necesse est reddere ei quod mori est contrariam quandam generationem? Oīno. Quam verò istā? Reuiuiscere? Nōne igitur si reuiuiscencia est, progressio quādā hæc est ex mortuis ad viuentes? Est vig. Cōuenit ergò nobis hac insuper rōne, viuentes ex mortuis fieri nihilominus quàm mortuos ex viuentibus. Quod cum ita sit, sufficientē coniecturam hinc haberi, aīas mortuorū necessario alicubi esse, vnde iterū reuertantur. Videtur mihi, ò Socrates, hoc ex his, quæ cōcessa sunt, necessario sequi. Animaduerte ergò, inquit, ò Cebes, haud ab re nos hæc, ut arbitror, cōcessisse. Nisi. n. cōtinuē altera vicissim alteris redderetur, quasi quodā circulo remeātia, sed directā quadam progressio foret, duntaxat ex altero in eius oppositū, neque rursus reflecterentur in alterū, facerentq; regressum, oīa tandem, mihi crede, eandē subirent figuram atque passionem, fieriq; cessarent. Quoniam id pacto dicis, inquit Cebes? Haudquaquam intellectu difficile est, inquit, quòd loquor. Perinde. n. ac si in somnum caderetur quidē, ab eo verò in vigiliam nunquam resurgeretur, minime te latet omnia tandem eodē deuentura, ut Endymion ridicula quadam fabula uideatur, neque appareat usquā, cū cætera quoq; uniuersa somno

Somno similiter opprimantur. Proinde si confunderentur quidem omnia, nunquam verò discernentur, Anaxagora illud repente contingeret, vniuersa videlicet esse simul. Eadem ratione, o amice Cebes, si quacunq; uitam acceperint, moriantur, mortua verò cū fuerint, mortua relinquuntur, neq; iterum reuiuiscant, an non necessariū est omnino, cuncta demum interisse, nihilq; viuere? Nā si ex alijs quidem viuencia fierent, postea verò perirent, quid obstaret quo minus in interitū cuncta consumeretur? Nihil prorsus, o Socrates, inquit Cebes, sed mihi oīno uera loqui uideris. Est certè, o Cebes, inquit, maximè omnium ita, ut mihi uideatur: neq; nos hac ipsa, quasi de cepti confessi sumus, sed reuera reuiuiscencia est, atq; ex mortuis uiuentes fiunt, mortuorumq; supersunt anima. Atq; bonis quidem melius est, malis uero peius. Atqui secundum illud, o Socrates, inquit Cebes, quod frequenter usurpare soles, si modo uerū est, disciplinā uidelicet nostrā nihil esse aliud quā remiscencia: & secundū hoc in quā, necesse est nos in superiori quodā tēpore, ea quorū nunc reminiscimur, didicisse. Id uero fieri non posset, nisi prius anima nostra fuisset alicubi quā in hanc humanam speciē deueniret. Quamobrem et hac rōne immortale quiddam anima uideatur esse. At quales huius rei demonstrationes, inquit Simmias, habes, o Cebes? Cōmemora nobis eas. Non enim satis in praesentia memini. Vna quidē ratio est pulcherrima, inquit Cebes, quod in terrogati hoīes si quis eos rectè interroget, ipsi oīa quemadmodum sunt, respondent. Atqui nunquam id facere possent, nisi in esset ipsis scientia rectaq; ratio. Deinde si quis eos ad geometricas figuras descriptionesq;, uel simile aliquid conuerterit, ibi manifeste cōperiet, ita id se habere. Si hac, o Simmia, nō, inquit Socrates, tibi nō satis facit, at tēde, an sic tibi considerāti idē quod nobis uideatur. Diffidēs. n. eam quam disciplinam uocant, remiscencia esse posse. Haud equidem diffido, inquit Simmias. Veruntamē id expedit mihi discere de quo sermo est, scilicet remiscisci. Ac fermè ex his qua Cebes cepit dicere, iā recordor, & credo. Nihil minus tamen & a te, o Socrates, qua rōne id modo probare ipse aggrediebaris, perlibenter audirem. Hac equidem ratione, inquit Socrates, cōfitemur sanè quodammodo, si quis alicuius reminiscatur, oportere ipsum prius aliquādo id sciuisse. Prorsus, inquit Simmias. Nunquid ergo & hoc cōfitemur, inquit, quoties scientia hoc modo prouenit, remiscencia eam esse? Dico autē hoc pacto. Si quis aliud quiddā uiderit, uel audierit, uel alio perceperit sensu, neq; solū id ipsum cognoscat, uerum et cognoscat aliud quiddam, cuius nō una eademq;, sed alia scientia sit, nōne merita dicemus hūc eius rei remiscisci, in cuius peruenerit notionē? Quonā pacto id dicis, inquit Simmias? Hoc, inquit Socrates. Alia quodāmodo hoīs scientia est, alia lyra. Quidni, inquit Simmias? An ignoras hoc amantibus euenire, cū lyrā, aut uestem, aut quid aliud ex his afficiat, quibus ut eorū amata cōsueuerūt. Nā et agnoscunt lyrā, & simul mente formā recollūt puella cuius erat at lyrā. Hoc uero est remiscisci. Ceu si quis cū Simmiā uiderit saepe, Cebetis recordetur, et cetera eiusdē generis infinita. Infinita per Iouē, inquit Simmias. An nō igitur, inquit, tale quiddā recordatio quiddā est? Maxime uero si id nobis in illis cōtingat rebus, quas longitudine tēporis, et negligentia obliuioni iā tra-

derimus? Ita certè, inquit Simmias. Quid uero, inquit Socrates? Cōtingit ne, ut qui equū pictum uiderit, pictamq; lyrā, reminiscatur hoīs? Atq; cū pictum aspexerit Simmiā, ueniat illi in mentē, & Cebes? Sic uirg, inquit. Nōne euenit et, ut qui Simmiā inspexerit pictū, ipsis quoq; Simmia recordetur? Euenit certè. An non secundum hac oīa contingit, tum à similibus, tū à dissimilibus remiscencia prouenire? Contingit. Verū quoties à similibus quispiam reminiscitur, an nō necesse est id insuper intelligere, utrū deficiat hoc secundum similitudinem, necne, ab illo cuius repetit a memoria est? Necesse est. Attende sanè, nūquid hac ita se habeāt dicimus aliquid esse aequale? Non dico lignū ligno, neq; lapidem lapidi, neq; aliud eiusmodi quicquam, sed pter hac omnia aliud quiddam aequale, ipm dicimusne aliquid esse, an nihil? Dicimus per Iouem, & quidē mirifice. An scimus et ipsum quod est aequale? Omnino quidem. Vndē nam scientiam eius accepimus? An nō ex his qua modo diximus, uidelicet cōspicari uel ligna, uel saxa, uel alia quaedā equalia, ex his illud excogitauimus, quod aliud est, quā hac? An non aliud quiddam apparet? Considera uero & hoc pacto. Nōne saxa, uel ligna equalia dū ea dē sunt, aliā equalia, aliā inaequalia nobis apparent? Penitus. Quid autē ipsa equalia? possūt inaequalia tibi uideri? uel equalitas, inaequalitas? Nunquā, o Socrates. Quamobrem nō idem sunt hac equalia atq; ipsum aequale. Nullo modo idē mihi apparent, o Socrates. Verū tamē ab his equalibus qua alia sunt quā ipm illud aequale, ipsis simul excogitasti scientiam, atque percepisti. Verissima loqueris. An nō siue simile ipsum sit, siue dissimile? Oīno. Nihil sane refert. quatenus. n. aliud cōspicatus, ex hac ipsa pfectione aliud intellexeris; siue simile, siue dissimile, necesse est hinc remiscencia prouenire. Et maximè quidē. Quid uero ad id? An sic nos habemus circa qua sunt in his, qua modo dicebamus equalia, lignis, saxisq; & alijs? Vident uerū ita equalia hac esse, ut ipsum quod est aequale? An deesse potius aliquid quo minus talia sint quale est aequale ipsum, an nihil? Permultum certè deest. Nōne cōfitemur quando quis aliquid intues, animaduertat appetere quidem hoc quod in p̄sentia uidet, esse tale quale quiddā aliud ex his q̄ sunt, uerū deficere, neq; posse tale esse aequale, quale sit illud, sed deterius esse, necesse esse est eū qui animaduertit, antē cognouisse illud cui dicit hoc quodā modo simile fieri sed ad plenā similitudinem non accedere? Necesse est. Quid ergo? talē ne aliquid cōtingit & nobis necne? circa hac equalia ipsumq; aequale? Quā plurimū. Necesse est ergo nos equalis ipsis scientiā ante illud tempus habuisse, in quo primū uidentes equalia, agnouimus cōuari quidē hac oīa a talia euadere quale est ipsum, attamē à pfectione ipsis abesse. Ita est. Atqui & hoc cōfitemur, nos neq; aliūde id agnouisse, neq; agnoscere posse, quā ex visu, uel tactu, uel alio quodā sensu. similiter. n. de his oībus iudico. Similiter, o Socrates, ad id se habēt de quo agitur, ostendendū. Atqui à sensibus quidem intellexisse oportet, oīa qua subiecta sunt sensibus, illud quod est aequale appetere, quāuis ipsum non assequantur. an aliter dicimus? Haud aliter. Antē. n. quā inciperemus uidere, aut audire, alijsq; uti sensibus, oportuit nos equalis ipsis scientiam possedisse, uidelicet quid

Ostenditur nostra scientia esse remiscencia.

Quid remiscencia. Quo pacto fiat remiscencia.

ipsum sit, si modo equalia hæc quæ sensibus subiacent, ad ipsum adeo relaturi simus, ut iudicemus anniti quid hæc omnia talia, quale ipsum est euadere, veruntamen deteriora relinquere. Necessario, inquit Simmias, ex superioribus id, ò Socrates, sequitur. An non statim, inquit, nati uidimus, & audiuimus, aliosq; sensus exercuimus? Oïno. Oportuit aut, ut diximus, antè hæc ipsius equalis sciētia habuisse. Oportuit. Quamobrè, ut videtur, necesse est antequam nasceremur, eam comprehendisse. Sic apparet. Nōne si eā sortiti antè natiuitatem ipsam iam habētes nati sumus, sciimus et antè ortū, atq; statim nati non solū ipm equalē maiusq; & minus, verū etiā eiusdē generis oīa? Non. n. de equali magis nunc nobis est sermo, quam de ipso pulchro, de ipso bono, de ipso iusto atq; sancto, et, ut dico de oībus quibus propriè hoc ipsum quod est assignamus, & interrogationibus interrogantes, et responsionibus respondentes, ut necessariū sit nos antequam nasceremur, horū oīum sciētia habuisse. Est ita. Ac si acceptis sciētis, nō semper obliuisceremur, oporteret et eū ipsi nasci, semper et per oēm vitam scire. Nā scire. i. acceptam alicuius rei sciētiam retinere, nec amisisse. An nō obliuionem sciētia iacturā esse dicimus? Ita prorsus, ò Socrates. Sin autē acceptā antè ortū sciētia, nati amissimus: deinde verò freti sensibus circa ipsas sciētias, illas quas antè habueramus, recipimus: nōne id quod discere appellamus, esset sciētiam propriam recuperare, atq; id reminisci nominantes, rectè nominaremus? Rectè. Fieri. n. id posse apparuit. Videlicet, ut eū quis aliquid senserit, vel videndo, vel audiendo, vel aliter sentiendo, aliud quiddam ex hoc agnoscat cuius erat oblitus, cui quidem hoc quodammodo propinquabat, siue simile id sit, siue dissimile. Ita quod iam pridem dico, è duobus alterū. aut. n. sciētēs nati sumus, sciimusq; per oēm uitam oēs, aut quos deinde dicimus discere, duntaxat reminiscuntur, atq; disciplina reminiscētia est. Sic omnino se res habet, ò Socrates. Vtrum igitur eligis, ò Simmia? Vel cum sciētia nos esse natos, vel reminisci postea quorum prius sciētiam acceperimus? Ambigo Vtrum in præsentia Socrates eligā. Quid verò? potēsne eligere quid de hoc videatur tibi? Vir sciens potēsne eorum quæ scit reddere rationem, an contrā? Necesse est, ò Socrates, posse. An verò tibi videntur oēs rationem de his quæ modo tractabamus, afferre posse? Optarem equidem. sed multo magis Vereor ne cras nullus hic homo sit, qui pro dignitate id sciat efficere. Non igitur, ò Simmia, putas oēs hoc intelligere? Nullo modo. Reminiscuntur ergo quæ aliquando didicerant. Necesse est. Quando verò acceperūt aīa nostræ sciētiam? Non. n. postquam homines nati sumus. Non certè. Ergo prius. Ita. Erant igitur Simmia aīa etiam prius quam in humanam speciem deuenirent, seorsum à corpore intelligentiamq; habebant. Nisi fortè, ò Socrates, dū nasceremur, ipsas sciētias acceperimus. Nam id et tempus reliquum est. Esto sic, ò amice. Sed quoniam alio tempore eas amissimus? Non. n. habentes iam eas nascimur, ut modo cōfitebamur. An in eodē perdidimus, quod accepimus? an aliud tempus efferre potes? Nullo, ò Socrates, modo, sed nihil me dicere minime aduerrebā. An ergo sic nobis se res habet, ò Simmia? Si quidē sunt ea quæ quotidie prædicamus, pulchrum scilicet quiddam atque bonum, & oīs eiusmodi essentia,

ad quam oīa sensibus percepta referimus, quæ & prius erant nostra, & tanquā nostram quærentes inuenimus, atq; ad ipsius exemplar referimus, necesse est ita, ut et ipsa sunt nostram quoz aīa prius etiam quam nasceremur, extitisse. At si hæc nō sunt, frustra vtiq; ratio hæc tractata esset. An nō ita se hēt, atq; par necessitas est, & ipsa esse, & aīas nostras antequam nasceremur, et nisi ipsa sunt, neq; hæc vtiq; sunt? Mirifice, ò Socrates, eadē mihi videtur esse necessitas, atq; pulcherrima huc ratio nos perducit, ut similiter tam animam nostrā, quam essentiam ipsam quā modo dicebas, ante quam nasceremur extitisse cōfiteamur. Nihil enim tam certū habeo, quam esse eiusmodi oīa & quidem maxime, scilicet pulchrū ipsum, & bonum, aliaq; omnia quæ tu modo dicebas. Et quantū ad me attinet, satis est demonstratū. Quid verò videtur Cebeti? Oportet. n. illi quoz persuadere. Satis & illi arbitror persuasum, inquit Simmias, quāuis eūm repugnantisimus sit, et ad credendū tardissimus. Opinor tamen sufficienter illi probatū, ante ortum nostrū aīam extitisse. An verò post interitum nostrū etiam futura sit, nec mihi quidē ipsi, ò Socrates, satis adhuc videtur ostēsum. Sed nunc et restat multorum dubitatio illa quā in medium Cebes adduxerat, ne videlicet hōe moriēte, simul aīa dissipetur, atq; ita esse desinat. quid. n. prohibet fieri quidē illam, & aliunde cōstitui, atq; esse prius etiam quam in corpus hōis laboretur: postquam verò ab eo discesserit, tunc illam insuper interire? Rectè loqueris Simmia, inquit Cebes. Videtur. n. quasi dimidiū eius quod oportet probatū, antè videlicet quam nasceremur, nostrā animam extitisse: oportere aut id quoque ostendere, postquā mortui fuerimus, non minus fore quam esset antequam nasceremur, si modo finem suum demonstratio sit habitura. Demonstratum quidem est, inquit Socrates, istud, ò Simmia, & ò Cebes, etiam nunc, si modo velitis, & id quod modo probatum est, & illud quod antè cōcesseramus, videlicet omne vinēs ex mortuo fieri, in vñū connectere. Si. n. est anima prius: & quum in hanc venit vitam, sitq; hō, necesse est non aliunde eā quam ex mortuis proficisci: cur non necessariū sit, ut etiā post mortem corporis maneat, quū oporteat ipsam ad hanc vitam reuerti? Demonstratū igitur & nunc est quod dicitur. Verū tamen videmini tu atque Simmias cupere idē rursus diligentius pertractari: ac forsitan puerorū more formidatis, ne reuera corpore egredientē uentus dissoluat, atq; dispergat, p̄sertim si uentus uehementius flantibus exeat. Ad hæc Cebes subridens, tanquā nobis id formidatibus, inquit, ò Socrates, cōtrā persuadere conare, imò verò non tanquā formidantibus nobis, sed forte est inter nos puer aliquis talia metuēs: huic ergo annitatur persuadere, ne mortē ceu laruas pertimescat. Oportet certè, inquit, huic mederi carminibus quotidie, quoad sanus efficiatur. Sed vbinam, inquit Cebes, medicū eiusmodi nascimur, ò Socrates, quū tu decesseris? Amplā est, inquit, ò Cebes, Græcia, in qua sunt viri p̄stantes, quā plurima sunt barbara nationes, per hos oēs eiusmodi medicū debetis perquirere, neq; pecunijs parcētes, neq; laboribus. Nihil est. n. pro quo cōmodius omnia quis expendat. Perscrutandum quoque est etiam inter uos ipsos. forte enim non facile inuenietis, qui melius quam uos id queat efficere. Fiet quidem, inquit Cebes, sed redeamus

mus iam, si tibi placet, unde digressi sumus. Mihi qui dem placet, inquit. Quid enim prohibet? Recte respon des, inquit Cebes. An non tale aliquid, inquit, a no bis ipsis sciscitari debemus? Cui nam & quali conueniat ea passio, per quam dissolui possit. Et cur qualis sit me tuendum, ne id patiatur. Et secundum quam qualemq; eius partē, deinde considerare cuiusmodi anima sit: demū ex his animā nostrā gratia vel cōsidere, vel timere. Vera loqueris, inquit. Nōne igitur ei quod cōponitur, iāq; cōpo situm est, natura id pati conuenit, ut quatenus est cōposi tum, dissoluatur? Siquid verō non sit cōpositū, huius soli potissimum nulla accidit dissolutio? Mihi quidē sic apparet, inquit Cebes. An non quae semper secundum ea dem eodemq; modo se habent, inquit, hac maximē esse cō uenit simplicia? Quae uerō aliās aliter, nec unquam secu dum eadē, hac esse cōposita? Ita equidē opinor. Redea mus iam ad illa, ad quae in superiori disputatione processimus. Ipsa essentia cuius interrogando respondendōq; defi nitionem hoc ipsum quod est assignauimus, utrum eodem modo, & secundum eadem se semper habet? an aliās ali ter? Videlicet & ipsum aequale, ipsum pulchrum, ip sum unumquodq; quod est ens, utrum mutationem ali quando aliquam ipsa recipiunt, an ipsorum unumquodq; semper id quod est uniforme existens ipsum per seipsum, eo dem modo, et secundum eadem se habet, neq; unquā, neq; usquam, nec ullo pacto mutationē aliquam suscipit? Ne cesse est, o Socrates, hac, inquit Cebes, eodē modo, & se cundū eadem se semper habere. Quid autē dicemus de mul tis, inquit, quae similiter pulchra dicuntur, scilicet ho minibus, equis, Vestibus, vel alijs quibuscunq; talibus, quae vel pulchra dicuntur, vel aequalia, vel etiā de omni bus, quae illis synonyma sunt? num hac secundum eadem se semper habent? An potius omnino contrā quam illa, Vi delicet neq; ipsa sibi met, neq; inuicem unquā, ut simplici ter loquat, ullo pacto secundum eadem eodemq; modo se ha bent? Hac, o Socrates, inquit Cebes, nunquā eodē modo sunt. Et hac quidem tangi, videri, alijsq; sensibus attin gi possunt. Quae uerō semper secundum eadem permanēt, sola intelligentia ratione percipiuntur, suntq; inuisibilia quae talia sunt, neq; cernuntur unquam. Vera omnino loqueris, inquit. Vis ergo duas rerum species ponamus, alteram visibiliū, inuisibiliū alteram? Ponamus, in quit. Et inuisibile quidem modo semper eodē esse, visibi le uerō nōnunquā eodē? Hoc quoq; ponamus, inquit. Age iam, aliudne in nobis est, quam hinc quidē corpus, inde uerō anima? Nihil aliud, inquit. Vtrinam speciei cor pus esse similis cognatiūq; dicimus? Nemini dubium, in quit, quin visibili. Quid uerō anima? Visibilēne ali quid est, an contrā. Non hominibus quidē, o Socrates, inquit. Atqui nos de ijs duntaxat, quae ab hominū na tura videri, vel nō videri possunt, loquebamur. An de ijs quae ad aliā naturā spectāt, tractabamus? De ijs dūt a xat quae ad humanā, inquit. Quid ergo de anima diceba mus? Nunquid visibilē esse? Non inuisibilē. Inuisibilem ergo? Ita. Anima igitur inuisibili speciei similior est, quam corpus. Corpus uerō visibili. Necessarium. i. oī no. An nō et hoc euenire in superioribus dicebamus? Ut cum anima ad aliquid considerandum socium sibi corpus assumit, vel per visum, vel per auditū, vel per aliū sen sum: hoc enim est per corpus considerare, quia per sensus

id agitur: tunc quidem a corpore trahatur ad ea quae nū quam eodem modo sunt, atq; ipsa aberret, perturbeturq;, quasi ebria vacillet, ut potē quae talia quadam attigerit. Prorsus. At uerō quoties ipse animus per seipsum excogi tat, illuc se confert ad purū, sempiternum, immortale, semper eodem modo se habens: & tanquam ipsius cognatus semper inhaeret illi, quoties ipse redierit in seipsum, eiq; liceat, cessetq; ab errore: & circa illa semper secundū ea dem eodem modo se habet, ut potē qui talia iam attigerit. Atq; hac eius affectio sapientia, siue prudentia nomina tur. Praclare, inquit, ac uerē omnino loqueris, o Socra tes. Vtri igitur speciei rursus tibi videtur, ex his quae et in superioribus & modo dicta sunt, anima esse similior atq; cognatior? Arbitror equidem, o Socrates, quēlibet, inquit, vel indocilem prorsus, & pertinacem ex hac di scursione concessurū, animam & per totum atq; per om ne, similiorē esse ei quod semper eodē modo est, quam opposi to. Quid autem corpus? Alteri speciei. Cōsidera rur sus hoc pacto. Quandiu in eodē sunt anima atq; corpus, hoc quidem seruire atq; subesse natura iubet, hanc uerō praesse atq; dominari. Secundum hac rursus utrum tibi videtur simile esse diuino, utrum mortali? An non pu tas diuinum quidem tale esse natura, ut praesit et ducat: Mortale uerō, ut subiciatur ac seruiat? Puto equidem. Vtri igitur horū est anima similis? Cōstat, o Socrates, ani mā quidem simile esse diuino, corpus uerō mortali. Ani maduerte iam, o Cebes, num hac ex omnibus quae dicta sunt, cōsequantur. Videlicet ipsi diuino, immortalis, in telligibili, uniformi, indissolubili, semper eodem modo, & secundū eadem seipsum habenti, animā esse similimā: humano uerō, mortali, nec intelligibili, multiformi, dis solubili nunquā eodem modo sibi met se habenti, similimū esse corpus. Possumusne, o amice Cebes, hac prater aliud quicquā afferre, quo minus ita sit? Nō possumus. Quid ergo? Cū hac ita se habeant, nōne corpori conuenit, ut breui soluatur? Anima uerō, ut omnino indissolubilis sit, vel aliquid rei oīno indissolubili propinquum? Quid ni? Cernis igitur postquā mortuus homo fuerit, quod in eo visibile est corpus, & in loco visibili positum, quod ca dauer appellamus, cui conuenit, ut dissoluatur, cōcidat, diffluat, nihil horū subito pati, sed multū aliquando tem pus superesse, si quis corpore per belle affecto decesserit. Cor pus. n. seruatū, et rebus quibusdam addurationē curatū, quemadmodū in Aegypto faciunt, incredibile quoddam tempus fermē integrum manet. Quinetiam si putrescat, tamen nonnullae corporis partes, ossa videlicet, neruūq;, atq; similia, ut ita dicam, immortalia permanent. An nō? Ita. Anima uerō quae inuisibile quiddā est, in simile quendā aliumq; locū migrans, excellentem, purū, inuisi bile, nobis occultum, reuera ad bonū sapientēq; Deū, quō si Deus uoluerit, paulō post meo quoque animo est migrā dum: anima inquam talis, taliq; natura praedita, nun quid cū primū a corpore liberata fuerit, dissipabitur atq; interibit, ut multi putāt? Permultū abest, o dilecte Ce bes atq; Simmia, imo multo magis ita se res habet, si quidē pura discesserit corporeū nil secū trahens, ut potē quae sua, cū illo in uita communitauerit, sed fugerit illud semper, seq; in se collegerit, tanquā semper id meditata: quod qui dē nihil est aliud quam rectē philosophari. mortemq; re uera facile commentari. an non hac est meditatio mortis?

Argumen tum ab aelionibus.

Aegyptij diu seruāt cadauera medicamē tis.

Dua rerū spēs, visibi le, inuisibile

Est omnino. Anima, inquam, si sic affecta discesserit, nonne ad aliquid sibi simile diuinum abiit? diuinum, & immortale, & sapiens? quò cum peruenerit, euadit felix, ab errore, dementia, timoribus, durisq; amoribus, ceterisq; humanis liberata malis: & quemadmodum de iniuriis dici solet, reuera reliquum tempus vitam cū dijs agit? Itane dicendum est, o Cebes, an aliter. Ita per Ionem, inquit Cebes. Sin autem polluta impuraq; decedat, ut potè quæ corpus semper amplexa ipsum duntaxat coluerit, et amauerit, eiusq; uoluptatibus et libidinibus quasi ueneficis quibusdā delinita fuerit, et usque adeo capta, ut nihil aliud putet esse uerum, nisi quod corporeū sit, quod tãgi, quod uideri possit, quòdne bibat, & quod edat, & quo in ueneris utatur: quod uero oculis quidem occultum & inuisibile sit, ueruntamen intelligibile, & philosophia cõprehendendū, habere odio cõsueuerit, tremereq; et fugere sic, inquit, institutam animam putasne ipsam per se sincerã euadere? Nullo modo, inquit. Sed infectam in uoluntateq;, ut arbitror, contagione corporea, quã consuetudo congressusq; cum corpore propter continuam familiaritatem, plurimumq; eius cultum effecit quasi congenitam? Ita putamus. Ponderosum uero, o amice, id purum est, & grane terrenumq;, & uisibile, quod anima eiusmodi secum trahit: ideoq; ab eo grauatur, & ad uisibile trahitur locū metu inuisibilis, atq; occulti, et quẽadmodum fertur circa monumẽta sepulcrãq; uersatur, circa qua iam nonnulla apparuerunt animarū umbrosa phantasmata, qualia præferunt simulacra tales anima, quã uelut delictis nō pura decesserunt à corpore, sed uisibile aliquid trahentes: quo fit ut uideri possint. Consentaneū est o Socrates. Consentaneū tamẽ o Cebes, nō esse has bonorū animas, sed malorum, quæ circa hæc oberrare coguntur, pœnas dantes uitæ improbe actæ. Itaq; tam diu circumuagantur, quoad cupiditate natura corporea comitante, rursum induant corpus. Induunt aut, ut decens est, eiusmodi mores quales in uita exercuerunt. Quales dicis mores o Socrates? Eiusmodi eos quidẽ qui uentri dediti per inertiam atq; lasciuiam uitam egerunt, neq; quicquam pensi pudorũq; habuerūt, decens est asinos similiaq; subire. An nō putas? Cõsentanea loqueris. Qui uero iniurias, tyrānides, rapinas, præ ceteris secuti sunt, in luporum, accipitrū, miluorum genera par est pertransire. num alio has migrare dicendū est? Ita potissimū, inquit Cebes. Similiter et in ceteris, abeunt. n. in genera qualibet, quibus in uita mores simile contraxerunt. Manifestū id quidẽ. Nonne horū felicissimi sunt, & in optimū proficiscuntur locum, quicunq; popularem ciuilemq; uirtute, quam temperantia & iustitiã nominant, exercuere absq; philosophia quidẽ atq; mente, sed ex consuetudine exercitationeq; acquisitam? Quoniam pacto hi felicissimi sunt? Quoniam decens est hos in tale quoddam genus iterum ciuile miteq; demigrare quodam modo apum, aut uesparrum, uel formicarū, atq; deinde in idem rursus genus humanū, modestosq; ex illis homines fieri. Ita decet. In deorū uero genus nulli fas est peruenire, præter eos qui discedi cupiditate flagrantes, et philosophati sunt, et puri penitus decesserūt. Horū quidẽ gratia o amice Simmia atq; Cebes qui recte philosophantur, ab omnibus corporis cupiditatibus abstinent, atq; ita perseuerant, nec se illis unquam tradunt, neque familia iacturam paupertatemq; formidant, quemadmo-

Atas grauo-
rum uersa-
ri circa se-
pulchra at-
que umbro-
sas imagi-
nes appare-
re.

dum multi pecuniarum cupidi, neq; rursus contemptum atq; ignominiam, quemadmodum qui magistratus ambiunt & honores, deinde ab his abstinent. Neq; enim deceret o Socrates. Non per Ionem. Quamobrem hi qui animam suam colunt, neq; corpori fingendo uiuunt, spretis his omnibus haudquaquam ea gradiuntur uia qua superiores illi quos narrauimus, quia uidelicet quo proficiscantur ignorent. Ipsi uero existimantes philosophia eiusq; solutioni repugnandū non esse, hæc ea sequuntur uia qua eos ipsa ducit. Quoniam pacto o Socrates? Dicã equidẽ. Cognoscunt profecto uiri scientiæ cupidi, quemadmodum eorū animam suscipit reuera ligatam in corpore, atq; implicitam, ac per ipsum quasi per carcere quendam res considerare coactam: cumq; per seipsam id nō faciat, omni prorsus inscitia inuolutam: cognoscunt præterea, quemadmodum philosophia perficiens quã callide corporeum uinculū astringat animã: quippe cū per ipsam fiat concupiscentiã, per quã deinceps animus adiutor sit ad seipsum deueniendū: cognoscunt inquam uiri scientiæ cupidi, quemadmodum philosophia eorū animam ita constitutam suscipiens, paulatim instruit, soluereq; aggreditur ostendens quã fallax oculorum, quã fallax aurium, ceterorūq; sensuum sit iudicium, suadens ab his discedere, quatenus herere illis summa non cogat necessitas, seq; in seipsum reuocare atq; colligere, nec illi credere præterquam sibi, quatenus. Videlicet ipsa per seipsam intelligat quodlibet eorū quæ sunt, existens per seipsum. Quòd uero ipsa per alia consideret existens in aliud, nihil existimare uerum esse uero eiusmodi quidem sensibile atq; uisibile: quod autem ipsa per se consideret, intelligibile atq; inuisibile. Hinc ergo solutioni ueri philosophi animus repugnandum non esse iudicans, sic à uoluptatibus, cupiditatibus, doloribus, timoribus, pro uiribus abstinet, iudicans quando quib; uolenter delectetur, uel metuat, uel doleat, aut cupiat, haud tantum ab his duntaxat pati malum, quantum quis forsitan existimaret, uidelicet si propter concupiscentias uel agrotet quissimam, uel pecunias cõsumpserit, sed quod malorū omnium maximum, extremum, turpissimū est, perpeti, neq; tamen illud animaduertere. Quidnam hoc o Socrates est, inquit Cebes. Quòd uidelicet omnis anima cogitur delectari, uel dolere circa aliquid uehementer, simulq; putare illud circa quod hoc maxime patitur, manifestissimum esse atque uerissimum, cum longè sit secum. Hæc autem maxime sunt quæ uisibilia sunt. nonne? Omnino. An non in hac passione anima quã maxime ligatur à corpore? Quoniam pacto? Quoniam omnis uoluptas atque dolor quasi clauum tenens animam corpori affigit, atque connectit, efficitq; corpoream adeo, ut tam opinetur ea esse uere quæ suadeat corpus. nempe ex eo quòd eadem opinetur cum corpore, eiusdemq; oblectetur, cogitur, ut puto, eiusdem moris, eiusdemque alimonie fieri: ut nunquam possit pura in uitam alteram proficisci, sed semper plenis corporis labe egrediatur. ideoq; citocadat rursus in aliud corpus, & quasi sata iterum uinascatur, atque propterea a commercio diuina, pura, uniformis essentia aliena prorsus euadat. Uerissima, inquit Cebes, narras, o Socrates. Horū igitur gratia o Cebes iusti scientiæ studiosi temperantiam, fortitudinemq; sequuntur, non autem illorum, quorum gratia censeo uulgus. An tu putas? Minime quidem. Non cerit. Sed

ita veri philosophi animus cogitaret, nec illo modo arbitrareretur, cum ipsum philosophia soluisset, oportere iterum voluptatibus doloribusque se dedere, iterumque vinciri, atque irritum opus facere, quasi telam Penelopes retexente. Imo vero horum tranquillitati studens, sequensque rationem, ac semper in ea permanens, verum, et diuinum, opinionemque supereminens contemplatur: a quo nutritus ita viuendum censet quandiu uiuat, atque sperat se ubi decefferit in cognatum atque tale migrantem ab humanis eximii malis. Ex huiusmodi quidem educatione non est cur metuat, o Simmia et Cebes, ne cum recedat a corpore, distrabatur, et dissipetur, omnisque in uentos uita recedat, et supersit nihil quicquam.

Cum haec Socrates dixisset, longum factum est silentium. et ipse quidem Socrates, qui dicta fuerat secum, ut uidebatur repetebat, idemque plerique nostrum faciebant. Cebes autem et Simmias parumper insuper inuicem collocuti sunt. Hos ergo intuitus Socrates, Quidnam uobis, inquit, de his qui dicta sunt, uidetur? An forte aliquid insuper in his desideratis? Multa enim adhuc dubitationes obiectionesque supersunt, si quis sufficienter ea sit tractaturus. Si igitur aliud quiddam inter uos agitur, nihil dico. Sin autem in his qui dicta sunt, haesitatis, ne ue reamini loqui atque percurrere, si qua in parte putatis melius dici posse. Quinetiam socii me assumite, si mecum id commodius fieri posse existimatis. Verum equidem, inquit Simmias, tibi, o Socrates, fatebor. Tandem ambiges uterque nostrum impellit alterum, iubetque interrogare propter audientiam cupiditatem. Veremur autem, ne id tibi ob presentem calamitatem rogitando sumus molestiores. Haec Socrates audies, leniter arripit, dicens, Papa, o Simmia, quam difficile alijs persuadere hanc me fortunam haudquaquam aduersam existimare, quando ne uobis quidem id persuadere possum. Quippe cum metuatis ne difficilior molestiorque sim in praesentia, quam in superiori fuerim uita. Atque, ut apparet, deterior cygnis ad diuinandum uobis esse uideor. Illi quidem quando se breui praesentiuunt morituros, tunc magis admodum dulciusque canunt, quam antea consueuerint, congratulantes, quod ad Deum sint cuius erant famuli, iam migraturi. Hos uero cum ipsi mortem expanseant, cygnos quoque falso criminantur, quod lugentes mortem ob dolorem cantum emittant. Profecto haud aduertunt nullam esse aue qua cantet, quando esuriat, aut rigeat, aut quous alio afficiatur incomodo. Non ipsa philomena, nec hirundo, nec epops, quas ferunt per quironiam cantare lugentes. At mihi, neque haec aues pra dolore uidentur canere, neque cygni. Sed quia Phaebo sacri sunt, ut arbitrator, diuinatione praediti praesagunt alterius uita bona: ideoque cantant alacris, gestiuntque ea die, quam superiori tempore. Equidem et ego arbitrator me cygnorum esse conseruum, eidemque Deo sacrum, neque deterius uaticinium ab eodem domino habere, quam illos, neque ignauius e uita decedere. Quapropter licet uobis huius gratia dicere, et interrogare quicquid libet, quoad Atheniensium undecenuiri sinunt. Praclare loqueris, inquit Simmias. Itaque et ego tibi aperiam qua in re dubites, et rursum hic Cebes quidnam ex superiori disputatione minus admittat. Mihi quidem, o Socrates, quemadmodum fortasse tibi quoque uidetur, de his quidem rebus manifesta ueritas in uita praesentia, aut nullo modo, aut summa cum difficultate intelligi posse.

Quae porro de his dicuntur, ea non omnimodo explorare, et non prius desistere, quam examinando omnia, animum despondeas, mollis nimium iudico esse uiri. oportet enim circa haec alterutrum efficere: aut discere, inuenireque quem admodum se habeant: aut si haec fieri nequeant, optimam atque tutissimam humanarum rationum eligere, qua quis tanquam rate uehatur, atque ita procedas huius uita pertrahat, si nequeat firmiori quodam uehiculo, uel diuino aliquo uerbo tutius ac minori cum periculo tranare. Atque ego nunc non uerebor interrogare, praesertim cum ad hoc ipse nos adhorteris, ne forte me ipsum quandoque sim culpaturus, quod nunc qui mihi uideantur minime dixerim. Profecto mihi, o Socrates, una cum hoc Cebete tua dicta reputanti haud satis confirmata uidentur. Forsan, inquit Socrates, uere, o amice, opinaris. Sed dic qua in parte minus sufficienter dicta fuisse censes. In hac utique, inquit Simmias. Nempe de harmonia et lyra, et fidibus idem posset quisiu dicere, harmoniam uidelicet esse inuisibile quiddam, et incorporeum, et perpulchrum atque diuinum in lyra ritum temperata: ipsam uero lyram fidesque corpora esse, atque corporea et composita terrestriaque, et mortali cognata. Cum igitur aliquis uel lyram frigerit, uel fides incidit, siue diruperit, poterit quis eadem qua tu ratione probare, necessarium esse illam superesse harmoniam, neque disperdi. Nulla enim machinatio foret lyram quidem esse adhuc fidibus iam diruptis, atque ipsas fides mortalis generis: harmoniam uero, qui diuini et immortalis cognata erat, prius quam mortale illud interisse. Ille uero diceret adhuc esse alicubi harmoniam, atque prius ligna et fides putrefieri, quam illa aliquid patiatur. Arbitror equidem, o Socrates, te aduertisse, nos tale aliquid potissimum esse animam cogitare. Esse uidelicet in corpore nostro intentionem, et complexionem quandam ex calido, frigido, sicco, humido, ceterisque talibus, horumque temperantiam consonantiamque animam esse, resultantem uidelicet in corpore postquam haec ipsa bene moderateque inuicem temperata fuerint. Si ergo anima harmonia quadam est, quoties horum natura in corpore propter morbos aliaque mala immoderate uel remittitur, uel intenditur, necesse est animam quidem, quam uis diuinitissimam subito interire, sicut solent cetera consonantia, siue qua in uocibus, siue qua in alijs artificum operibus fiunt: reliquias autem corporis cuiusque diutius permanere, quousque uel ardeant, uel putrescant. Considera igitur quid huic rationi sit respondendum, si quis censeat animam temperamentum quoddam esse eorum qua sunt in corpore, prioremque in morte perire. Tunc Socrates quemadmodum saepe solebat, intus acrius atque ridens, iuste, inquit, tu quidem loqueris Simmia. Si quis ergo uestrum me facundior est, cur his non respondebat? Non enim ignaue rationem attigisse uidetur. Iudico tamen antequam Simmia respondeatur, quid Cebes quoque daret, esse audiendum, ut tempore interiecto deliberandi habeamus facultatem. Deinde his auditis, uel his concedendum, si consentanea uero uideantur asserre: sin uero minus, rationem superiorem defendendam esse atque retinendam. Quam obrem dic age, o Cebes, quidnam potissimum te turbet, quominus assentiaris. Dicam, inquit Cebes. Mihi quidem uidetur eodem uenolui, eidemque quod in superioribus diximus, crimini obnoxia esse. Quod enim fuerit anima nostra prius quam in humanam descenderet speciem,

et in uis haud

Cygnus
cautio So
cratis.

haud equidem retracto, quin bellissimè dictum fuerit: ac nisi dictū esset graue, sufficienter demonstratū assenerare. Attamē nobis mortuis superfore, non sic assentior. Neq; tamen Simmia concedo obijcanti non esse aī am validiorem corpore atq; diuturniore. Videtur profectō mihi his oībus anima prestare quā plurimū. Hic ergō ratio superior ad me conuersa, sic inquiet. Quidnam vterius ambigis? Cum videas hōie defuncto, quod in eo imbecillius fuerat superesse, cur non concedis oportere etiam quod validius diuturniusq; erat, hoc ipso in tempore superesse? Sed aduerte iam quanti momenti sit, quod ad id respondeo. Similitudine mihi quoq; opus est, quemadmodū Simmia. Profectō mihi perinde hęc dici videntur, ac si quis de hōie textore sene defuncto diceret, nondū interisse illum, sed fortē alicubi superesse: coniecturamq; afferret vestis, qua ipse, cū texuisset, visus fuerit, assereretq; eū adhuc esse incolumē, neq; interisse: ac si quis id nō credat, interrogaretur ab eo, virū diuturnus sit hōis genus, an vestis qua quotidie quis vtatur. quod si respondeat genus humanum diuturnius esse, tūc demonstratū id esse putaret, videlicet multo propterea magis sospitem esse hōiem, quandoquidem quod in eo erat fragilius, nōdum perierit. Hoc autē o Simmia ita se habere non arbitror. Sed considera tu quoq; quid dicam. Profectō quiniū intelligeret ineptē illud adduci. Nā hic textor qui multas contriuerit vestes, multasq; texuerit, multis quidem posterior obijt, vltima verō prior: neq; propterea magis se quitur hōiem esse veste viliorem atq; debiliore. Eandem fieri similitudinē aī ad corpus posse arbitror: ac si quis de his duobus eadem illa adducat, congruē dicere videretur: videlicet aī am quidem esse diuturniore, corpus verō debilius, minusq; diuturnum: verūm diceret quemlibet aīorum plura consumere corpora, praesertim si multos viuant annos. Si .n. fluat corpus, homineq; etiam uiuente dissoluatur, anima verō quod consumitur, retexat continuē, necessarium tamen erit quando perierit anima, tunc vltimam habere vestem, eaq; sola priorem perire. Cū verō perierit aīa, tunc demum imbecillitatem naturae suae corpus ostendere, citō putrescens atq; euanesceat: vt hac rōne nondum confidere valeamus tūc etiam cūm decesserimus animam nostram superfore. Nam si quis dicenti etiam plura quā tu dicis, concesserit, nec solū antē ortum nostrum animam extitisse, verū etiam nihil prohibere etiam post obitum quorundam nostrum remanere, sepiusq; accedere ac decedere fateatur: adeo .n. naturam animae validā esse, vt sepius corpori indita se corpusq; seruet: his tamen concessis, nondum illud tibi daret, non defatigari in multis generationibus animam, sed tandem aliqua ex pluribus morte diceret oīno deleri. Quinetiam adderet neminem mortem illam dissolutionemq; corporis quae anima quoq; interitum infert, posse discernere: esse .n. impossibile vt quisquam nostrum id sentiat. Quod quidem si ita se habeat, nemo non stultē in morte confidit, nisi demonstrare possit animam omnino immortalem atq; indissolubilem esse. Alioquin consentaneum est necessarium esse, vt qui moriturus est, animae metuat suae, semperq; sit sollicitus ne in ea quae proxime imminet, corporis disunctione prorsus intereat. Omnes igitur cūm hęc audiuissimus, conturbati sumus, vt postea inuicem aperuimus, quod cūm superiori disputa-

tionē nobis fuisset magnopere persuasum, viderentur nos ab eo statu in praesentia deturbasse, atq; eō iam deicisse, vt nedum rōnibus iam adductis, sed & dicendis insuper, fidem vllam adhiberemus, verentes ne vel nos nequaquam boni essemus iudices, vel res ipsae fide essent indignae. ECHEC. Veniam equidē per Iouem do vobis, o Phaedo. Nā mihi quidem modō te audienti, tale quiddā veniebat in mentē. Cūnam deinde rōni credemus? quippe cūm ratio illa Socratis vsq; adeo paulo antē probabilis, iam fidem amisisset. Mirum est .n. quantum apud me cōtra possit ratio illa, semperq; potuerit, quae animam nostram harmoniam quandam esse probat: & nunc quidē audita me subitō in memoriam reuocauit, quantum mihi quoq; aliās persuaserit. Quo efficitur vt alia quadam ratione iterum tanquam ab initio prorsus indigeam, q̄ mihi persuadeat animam cūm corpore non interire. Dic ergō per Iouem precor, quo pacto disputationem peregerit Socrates, & vtrum ipse quoq;, quemadmodum de vobis ipse fateris, grauitē id ferre visus fuerit, an contrā benignē suā defenderit rōnem: praeterea vtrum satis necne eam tutatus fuerit: hęc nobis quā potes diligentissimē refer oīa. PHAED. Equidem o Echecrates, saepe admiratus Socratem, nunquam maiori cūm voluptate quā tunc p̄sens sum admiratus, meq; affuisse ibi mirifice gaudeo. Habuisse quidē illum quod abiectionibus responderet, fortē non est mirandum: sed hęc in eo potissimū sum admiratus, primo quidē, quā iucundē, benignē, amice, adolescentium verba recepit: deinde quā sagaciter sensit nos illorum rōnibus fuisse cōmotos: demum quā oportune nobis adhibuit medicinam, & quasi fugientes atq; victos reuocauit nos, conuertitq; ad prosequendum atq; considerandū. ECH. Quonam pacto? PHAED. Dicam equidē. Sedebam fortē ad dexteram eius in subsellio quodam humili, iuxta lectulum. Ipse verō Socrates sedebat longē superior. Attrectans igitur caput meum, comprimensq; crines super ceruicē: consueuerat .n. nonnunquā vbi contigisset, in meos crines ludere: cras forsitan, inquit, o Phaedo, istas pulchras incidēs comas. Sic arbutor, inquam, o Socrates. Nō certē, si mihi assensu fueris, inquit. Quid hōc, inquit. Imo hodie & ego meas, & tu tuas, si nobis ratio intereat, neq; eā ipsi suscitare possimus. Atqui si ego tu essem, ac me fugeret ratio, more Argiuorum iurare, non prius comam nutriturum, quā vicissim Simmiam, Ceбетemq; expugnauissem. At verō, inquā ego, contrā duos ne Hercules quidem dicitur suffecisse. At tu me Iolaū, dum lux est, aduoca, inquit. Aduoco equidē inquā, sed non tanquā Hercules Iolaū, imō tanquā Iolaus Hercule. Nihil refert, inquit. In primis verō cauendū ne id nobis accidat. Quidnam inquā? Ne rōnum, inquit, ofores euadamus, quemadmodum nonnulli hōiū ofores fiunt. Nullum .n. maius quā hoc malum nobis possit accidere, videlicet si rōnes odio habuerimus. Fit autē eodem pacto odium & aduersus rationes, & aduersus homines. Odium quidē contrā homines tunc maximē subit, quando alicui nimium credimus absq; arte, putamusq; ipsum omnino verum & sincerum fidemq; virum esse, deinde verō mox prauū infidumq; deprehendimus, rursusq; alium eodem pacto. Itaq; quando quis sepius offensus ita decipitur, praesertim ab ijs quos praecipuē familiarissimos amicitissimosq; exist

existimabat, odit tandem plurimum uniuersos, putatque nihil omnino apud quenquam esse sincerum. An te latuit id ita accidere consueuisse? Animaduerti equidem, inquit. An non turpiter, inquit, & absque humanarum rerum arte hic aggreditur hominibus uti? si enim ex arte uti studeret, cogitaret utique rem ipsam ita se, ut habet, habere, videlicet homines vehementer bonos aut malos per paucos esse, medios vero plurimos. Quo id pacto, inquit, dicis? Quemadmodum videlicet in rebus contingit valde aut paruis, aut magnis, inquit. An tu arbitraris quicquam esse rariis, quam valde magnis, aut valde paruis reperire hominem, vel canem, vel quoduis aliud? Atque rursus celerrimum, & tardissimum, pulcherrimum, turpissimum, albidissimum, nigerimum? An ignoras in his omnibus extremorum summa, rara quidem & pauca esse, media vero frequentia atque multa? Sic arbitror, inquit. Nonne igitur arbitraris, inquit, si improbitatis proponeretur certamen, admodum paucos in hoc genere summos inueniri? Consentaneum est, inquit. Consentaneum quidem, inquit, verum non hoc pacto similes rationes sunt atque homines, sed te nunc ducentem profectus sum: imo vero in hoc similitudo consistit, quando videlicet quis absque rationum arte, crediderit rationem aliquam esse veram, sed paulo post appareat falsa: quae quidem aliquando talis est, aliquando minimè, & rursus altera si militer atque altera. Praecipue vero illis id euenit, qui plurimum rationes contradictorias agitant. hos enim scis putare tandem se sapientissimos euasisse, solosque aduertisse, neque in rebus, neque in rationibus esse sanum aliquid aut firmum, sed omnia reuera tanquam in Euripo sursum deorsumque iactari, nullumque tempus in aliquo permanere. Vere nimium loqueris, inquit. Nonne, inquit, aegritudo haec. Phaedo miserabilis esset, si cum ratio aliqua vera firmaque sit, comprehendere valeat, postea tamen auditis huiusmodi rationibus, quae modo afferre vera, modo falsa videtur, aliquis hinc in ambiguitate deductus, non seipsum, neque eius inertiam ob id accuset, sed tandem velut ager libenter culpam omnem a seipso, in ipsas transferat rationes, & in reliqua vita eas odio habeat, atque vituperet, rerum iam ipsarum veritate scientiaque priuatus. Per Iouem miserabilis, inquit, aegritudo. In primis igitur, inquit, diligenter id caueamus, ne persuadeamus nobis nihil in rationibus esse sanum, sed multo magis nondum esse nos sanos. Itaque totis viribus, ut sani efficiamur, est annitendum: tibi quidem & alij totius reliqua vita gratia, mihi vero gratia mortis, qui in periculo sum, ne in hoc ipso tempore, non ut philosophum me geram, sed ut contentiosum atque pertinacem, quod quidam homines a disciplina alienissimi facere solent. Illi enim ubi aliqua de re ambigitur, non ut res ipsa de qua agitur, se habeat, curant, sed ut quae posuerunt ipsi praesentibus videantur vera obnixè contendunt. Atque ego mihi videor in hoc ducta xat in praesentia ab illis differre, quod non, ut praesentibus probe ea quae dico, annitar, nisi quatenus forte contigerit, sed ut mihi ipsi vera quam maxime videantur. Sic enim cogito dulcis amice, & vide quanto cum lucro sit ratio mea. Si forte vera sunt quae dico, operae precium est ita credere: sin autem nihil superest post mortem, attamen hoc ipsum tempus ante obitum praesentibus minus ero molestus, minusque deplorabo. Haec autem ignorantia minimè perseuerabit mecum, malum id quidem esset, sed paulo post delebitur. Sic equidem, o Simmia & Cebes, paratus

revertor ad disputandum. Vos tamen, si mihi assentiamini, non Socrati cedite, sed Veritati. Si enim vera vobis loquitur Videbor, concedite: sin minus, omnino contradicite, diligenter cauentes ne ego dum annitor, meipsum simul vosque decipiam, & velut apes aculeo in vobis relicto, abeam. Sed iam accedendum est. Primum quidem redigite in memoriam mihi quae dicebatis, si minus meminisse vobis videbor. Simmias quidem, ut arbitror, diffidit ac metuit, ne anima, quamuis diuiniore pulchriorque corpore, prius tamen pro harmoniae natura intereat. Cebes autem mihi visus est concedere diuturniore esse animam corpore, sed is addidit scire posse neminem, ne cum multa saepius consumpserit corpora, tandem quandoque postremum relinquens corpus, ipsa quoque pereat, atque mors eiusmodi tantum sit interitus anima, corpus vero dissolui continue consueuerit. An non haec sunt, o Simmia & Cebes, quae nos oportet considerare? Constitutebantur ambo. Sed nunquid omnia quae dicta in superioribus fuerant, negatis? An quaedam negatis quidem, sed conceditis alia? Quaedam inquit, quaedam non. Quid igitur, inquit, de eo quod disciplinam diximus reminiscitiam esse, atque si ita res habeat, necessario consequi, alicubi fuisse animam prius quam corpore clauderetur? Mihi quidem, inquit Cebes, istud dum diceret, mirifice placuit, atque nunc si qua unquam in alia, in hac maxime sententia permaneo. Similiter ego quoque, inquit Simmias, affectus sum, vehementerque admirarer, si mihi unquam hac de re aliter videretur. At vero necesse est, inquit, hospes Thebane, aliter tibi videri, si in hac opinione permanseris, harmoniam videlicet esse compositum quoddam, animam vero harmoniam quandam ex his, quae per corpus intensa sunt, constituta. Nunquam enim admittes consonantiam compositam prius esse, quam illa ex quibus componi consonantiam oportebat. Numquid admittes? Nullo, inquit, o Socrates, modo. Animaduertis igitur, inquit, cogi te id confiteri, quando dicis animam quidem esse prius quam in humanam speciem corpusque deueniret, atque esse corporis consonantiam, videlicet ex his quae nondum sunt eam constitui. Neque enim talis tibi est consonantia, cui tu simile esse dicis. Imo vero prius est ipsa lyra, & fides, & soni adhuc inconcinni: tandem vero ex omnibus componitur consonantia omnium postrema, primaque disperditur. Hic itaque sermo quoniam pacto tuo illi concinet? Nullo modo, inquit Simmias. At vero sicubi, inquit, verba concinnitatem seruare debent, praecipue decet esse concinna, ubi de concentu tractatur. Decet nimium, inquit Simmias. Hic igitur sermo tibi dissonat, inquit. Sed vide utrum ex his duobus eligas, disciplinamne reminiscitiam esse, an potius animum esse concentum? Primum quidem potius eligo, inquit. Id namque alterum absque demonstratione admisi ex verisimili quadam conuenientia, quemadmodum videtur & multis. Ego autem ea verba, quae per id quod conuenit, demonstrationes faciunt, semper inania iudicavi: ac nisi quis caueat, valde decipiunt, & in geometria, & in ceteris omnibus. Ratio vero de reminiscitiam atque disciplina, fundamento innititur fide digno. Dictum est enim animam nostram ita esse alicubi, prius etiam quam laboraret in corpus, ut illa ipsius essentia habeat eius quod verè est cognomentum. Ego vero haec, ut mihi metipsum persuadeo, sufficenter recteque admisi, propterea neque mihi, neque alijs animam appellantis, harmoniam

Prouerbiū.
Velut apes
relicto acu
leo abis.

niam assentiri possum. Quid verò Simmia? Videtur tibi, vel consonantia, vel alteri cuiquam compositioni congruere, ut aliter se habeat, quam illa ex quibus constat? Nullo modo. Neque etiam, ut aliud quicquam, ut arbitror, patiat, aut agat, quam illa vel agant, vel patiantur. Assentior, inquit. Non igitur convenit consonantiam ea ducere ex quibus composita est, sed sequi. Opinor ita. Quare permultū abest, ut harmonia in contrarium moveatur, aut sonet, aut quicquā aliud edat partibus suis adversum. Permultum proculdubio. Quid verò consonantia? nonne eatenus pro natura sua consonantia est, quatenus temperata? Haud satis intelligo. Nonne si magis plusque contemperetur, si modo id admittit, magis plusque consonantia est? Sin verò minus atque perpauca, minus perpaucaque similiter? Omnino. Nunquid de anima id dici potest? Ut vel in minima quadam re alia anima hoc ipsum quod est anima, vel magis, vel plus, aut contra sit quam alia? Minime. Dic age per Iovem precor, num anima dicimus aliam quidem habere mentem virtutemque, atque esse bonam: aliam verò demeritam et pravitatem, malamque esse, hac ne inquam, verè dicuntur? Verè quidem. Eorum ergo qui animam esse asserunt harmoniam, quis quidnam dicit esse in animabus? hac scilicet, vitium et virtutem? an aliam quandam consonantiam atque dissonantiam? et bonam quidem esse consonantem: et cum ipsa consonantia sit, alteram in se consonantiam possidere: malam verò dissonantem et ipsam esse, nec aliam in se habere? Quid respondeat, non habeo. Constat tamen eum, qui animam esse consonantiam posuisset, talia quaedam responsurum. At verò iam concessum est nihil magis aut minus aliam alia anima esse. Eiusmodi verò concessio est, neque magis, neque plus, neque minus, neque sub paucioribus gradibus aliam alia consonantiam esse. Nonne? Prorsus. Eam verò quae neque magis, neque minus consonantia est, nimirum neque magis neque minus esse contemperatam. Est ita? Est. Quae verò neque magis, neque minus temperata est, potestne pluribus paucioribusque gradibus particeps consonantia esse? An potius aequè? Aequè potius. Quapropter anima, siquidem neque magis, neque minus alia, quam alia secundum animae naturam anima est, consequenter, neque magis, neque minus est temperata. Est ut dicis. Cum verò sic affecta sit, nihil magis consonantia est, vel dissonantia particeps. Nihil magis. Præterea cum ita comparata sit, num plus aliquid pravitatis, vel virtutis alia, quam alia possidet? siquidem pravitatis quidem dissonantia est, virtutis verò consonantia. Certè plus nihil. Quinimò secundum rectam, Simmia, rationem nulla usquam anima pravitatis erit affecta, si fuerit consonantia. Quandoquidem consonantia vera, secundum id quod consonantia est, nunquam fit dissonantia particeps. Nunquam certè. Neque igitur anima, quae omnino sit anima, pravitatis inficietur. Quo. n. modo, per ea quae dicta sunt, id fieri possit? Hac igitur ratione omnes animalium omnia anima bonae similiter erunt, si secundum animae ipsius naturam similiter anima sint. Mihi quidem Socrates ita videtur. Nunquid rectè sic tibi dici videtur, atque hæc sequi, si vera esset illa positio, anima consonantiam esse? Nullo modo. Quid verò? ex omnibus, quae in homine sunt, aliudne præter animam asseris dominari, præcipue prudentem? Nihil aliud. Vtrum corporis perturbatio-

nibus indulgentem, an potius repugnantem? Dico autem tale quiddam: veluti si sub aestu sitis angat, interea tamen aduersatur animus, retrahitque in contrarium ne bibat: similiterque si premit fames, ne edat: in alijsque quam plurimis videmus corporis affectibus repugnantem. Nonne? Et quidem maxime. Nonne in superioribus confessi sumus, animam si consonantia fuerit, nunquam dissonatur a his quibus intenditur, vel remittitur, vel emibratur, vel quodcumque aliud patiantur illa, ex quibus ipsa constat: sed secuturam illa, nunquam verò ducturam? Confessi sumus. Quid verò nunc? nonne contra omnino videtur agere, quatenus ea ducit omnia, ex quibus dixerit aliquam ipsam constitui? atque ferme omnibus per omnem vitam repugnat, multisque dominatur modis, interdum rigidius quodam cum supplicio puniens per gymnasticam, atque medicinam, interdum verò mitius castigans cominando, aut monendo aduersus cupiditates, et iras, atque timores, tamquam altera quadam res contra alteram loquens, quemadmodum Homerus tradidit in Odyssea:

Tum pectus pulsans, cor sic affatur Vlysses:

Hoc quoque cor perfer, nanque & grauiora tulisti.

An putas Homerum hæc dixisse tanquam harmonia quadam sit, ac talis ut corporis passionibus subiciatur, non aut ducat atque dominetur? an potius quasi quiddam loge diuinius quam harmonia sit anima? Diuinius, per Iovem, mihi videtur significauisse. Non ergo, vir optime, rectè harmoniam esse animam diceremus. Sic. n. ut apparet, neque Homero diuino poetae, neque nobis ipsis consentiremus. Sic est. Age harmoniam Thebanam satis, ut videtur, iam placuimus. Ratione verò Cadmeam, de Cebes, quoniam pacto, et qua ratione placabimus? Tu mihi, o Socrates, viam, inquit Cebes, inuenturus videris. Nempe rationem hanc aduersus harmoniam mirifice præter opinionem nostram excogitasti. Cum. n. audire Simmiam dubitarem, valde admirabar siquis rationibus eius resistere posset. Itaque summa mihi fuit admirationi, ipsum nec primum quidem potuisse rationis tuae impetum sustinere. Quapropter non admirarer, si Cadmeus quos sermo idem pateretur. Parcius ista, bone vir, nequa inuidia nobis sequentia inturbet. Sed hæc quidem Deo curae erunt, nos autem, ut ait Homerus, cominus congressi, periculum faciamus an forte quid dicamus. Summa verò eorum quae perquiris, est eiusmodi: demonstrandum esse iudicis animam nostram indissolubilem immortalemque esse, ne vir philosophus in morte securus, magna cum fiducia sperans, in alia vita longè beatiorum ob philosophia studium se futurum, insipiens sit, stultitiam confidat. Ostendere autem validum quiddam esse animam, atque diuinis persimile, priusque etiam quam nos extitisse, nihil impedimento esse animae, quo minus hæc omnia non immortalitatem quidem significant, sed duntaxat animam corpore diuturniore esse, multaque ante nos secula fuisse, nouisseque et egisse permulta, nihil tamen magis ob hoc immortalitatem esse existimandam. imò hunc ipsum in humanum corpus ingressum, quasi morbum quendam interitus eius initium esse: adeo ut et in hac vita sit misera, et in corporis morte depereat. Nihil autem differre censes, siue semel tantum, siue saepius labatur in corpus, ut quis nostrum pertimescat. Merito namque timendum esse, nisi stultus sit, ei qui neque sciat, neque assignare queat immortalitatis animae rationem. Talia quaedam sunt quae dicis, o Cebes, egoque ea consulto sapius repeto,

peto, ne quid nos fugiat, siue addere his quicquam velis, siue demere. Nihil equidem in praesentia habeo, inquit Cebes, quod aut minua, aut adiungam, atq; haec sunt quae dico. Tunc Socrates, cum aliquantum se recepisset, ad se conuersus, haud leue quiddam requiris, inquit, o Cebes, sed cuius gratia oporteat generationis corruptionisq; causam pertractare. Ego igitur, si vis, ea tibi q; mihi euenerunt, enarrabo. Deinde si quid eorum quae dixero ad quaestionis tuae veritatem aperendam conducere putabis, utere. Volo equidem, inquit. Audi igitur iam narrantem. Equidem, o Cebes, cum essem iuuenis, mira quadam eius sapientiae cupiditate flagrabam, quam natura vocant historiam. Praeclarissimum .n. esse censebam, causas intelligere, per quas singula fiant atq; intereant, & qua sint ratione: sapiensq; me sursum deorsumq; iactavi, talia qdam primo considerans, nunquid postquam calidum & frigidum putrefactionem aliquam acceperunt, quemadmodum nonnulli dixerunt, tunc animalia conualescant. Praeterea utrum sanguis sit quo sapimus, vel aer, vel ignis: aut nihil horum sit, sed cerebrum, quod praebet sensus audiendi, viuendi, olfaciendi, ex his autem memoria & opinio fiat, ex memoria vero, & opinione quiete accipiente, per haec scientia oriatur. Proinde horum corruptiones considerans, atq; eas q; circa caelum terramq; passiones contingunt, tandem adeo mihi ad haec consideranda visus sum hebes, ut nihil magis. Coniecturam vero ad id afferam tibi sufficientem. Nempe ob eiusmodi considerationem usque adeo sum occaecatus, ut ea etiam quae prius manifeste sciebam, ut mihi alijsq; videbatur, dediscere, & alia videlicet multa, q; antea me scire putabam, & qua ratione homo crearet. Id namq; opinabar ante esse cuiuslibet manifestum, hominem videlicet per cibum potumq; augeri. Quando .n. per haec carnes carnis, ossaq; ossibus adduntur, eodemq; modo in alijs quando sua cuiq; adhibentur, tunc sane molem primo paruum, deinde magna euadere, atq; ita paruum hominem effici magnum. Sic ego tunc opinabar, nonne satis belle tibi videor? Mihi quidem, inquit Cebes. Animaduerte haec insuper. Arbitrabar .n. satis recte mihi videri quoties hominem, vel equum magnum paruo propinquum, alterum altero iudicari capite ipso esse maiorem. Atq; multo et euidentius decem plura apparebant mihi quam octo, propterea quod denarius duo praeter octonarium contineret. Praeterea bicubitum cubitali maius, quoniam dimidio superaret. Nunc vero, inquit Cebes, de his quid iudicas? Procul equidem per Ionem abesse mihi videor, ut alicuius horum causam intelligere putem, qui nondum mihi ipsi persuadere possim, ut quando quis vni addat vnum, tunc vel illud vnum cui vnum adiunctum est, fiat duo: vel & adiunctum, & illud cui adiunctum est, propter alterius ad alterum adiunctionem euadat duo. Admiror equidem, si cum utrunq; horum separatum erat, utrumq; vnum erat, neq; erant tunc duo, postquam inuicem cohaeserunt, haec ipsa causa fuerit, ut duo fierent, congressio videlicet per quam propius iam posita sunt. Neq; et si quis vnum diuidat, adhuc possum persuaderi hanc ipsam diuisionem causam esse, ut duo euadat. Contraria .n. tunc atq; superius causa sit, qua duo fiant. Tunc .n. quia coniungitur propius inuicem, alterumq; admouebatur alteri: nunc vero quonia remouetur alterum ab altero, atq; separatur. Neq; propter quid vnum fiat, adhuc scire me arbitror, neq;

ut summam dicam, aliud quicquam quare fiat, aut pereat, aut sit, per haec ipsam via me nosse profiteor: sed alium quendam ipse modum frustra misceo, hunc vero nullo modo admitto. Verum cum audissem aliquando ex libro, ut ille aiebat, Anaxagora, legentem quendam hanc Anaxagora ipsius sententiam, videlicet mentem omnia exornare, omniumq; causam esse: hoc utiq; causa genere magnopere sum delectatus, existimans quodammodo consentaneum mentem esse omnium causam, putabamq; si id ita esset, ut mens omnia exornaret, singula per hanc ita esse disposita, ut optime disponi potuerant. Propterea si quis vellet causam inuenire, qua singula fiant, atq; pereant, aut sint; hoc ipsum esse inueniendum, qua videlicet ratione optimum sit vnicuiq; aut esse, aut quoduis aliud pati, vel agere. Atq; hoc pacto nihil aliud considerandum hominum, vel de seipso, vel de alijs, nisi quod potissimum sit & optimum. Necesse vero est eum, qui id norit, illud quoq; quod est deterius cognouisse. Quippe cum eadem horum scientia sit. Haec utiq; mecum ipse reputans, gaudebam, inuenisse ratus Anaxagoram magistrum, qui me id quod tantopere cupiebam, causas rerum doceret, primumq; mihi diceret, utrum plana sit terra, vel rotunda. Et cum hac dixisset, subiungeret mihi causam atq; necessitatem, afferens videlicet id ipsum quod melius est, meliusq; fuisse eam esse talem. Proinde si terram diceret in mundo mediam esse, mox exponeret melius existitisse, ut media esset. Quod si ille haec ostenderet, ita me comparabam, quasi nullam amplius causarum speciem posseturum. Praeterea de sole & luna ceterisq; stellis, earumq; inter se velocitate conuersionibusq;, & de hominum omnibus, me similiter quaesiturum audireumq; comparaueram, quod videlicet & qua ratione haec melius sit singula vel facere, vel pati, quodcumq; agant, vel patiantur. Neq; .n. putabam cum ab initio dixisset, mente omnia exornari, ipsum aliam postea causam rebus assignaturum, praeterquam quod optimum sit eas ita se ut habet, habere. Itaq; arbitrabar eum in reddendis singulorum, tum cunctorum ceteris causis, singulis quidem assignare quod vnicuiq; optimum, cunctis vero commune bonum. Neq; vero spes ipse meas parui faciebam, sed summo quodam studio acceptos libros, quam velocissime poteram lectitavi, ut ocyssime quid optimum, quidne eius contrarium esset, cognoscerem. Haec igitur mirabili spe ductus cum legere pergo, video hominem mente quidem nullo modo utentem, nec causam ullam ad ipsum rerum ordinatum referentem, sed aereas naturas, & aethereas aqueasq; & talia multa incredibilia pro rerum causis assignante. Qua quidem in re ille mihi perinde visus est agere, ac si quis diceret Socratem quacumq; facit, mente facere. deinde volens singulorum q; facio causas explicare, dicat primum quidem nunc me hic propterea sedere, quoniam corpus meum ex ossibus nervisq; componitur: ossa quidem solida sunt, & iuncturaru interualla inuicem habent: nervi autem sic instituti, ut & extendi & contrahi valeant, complectantur ossa cum carnibus atq; cuti, qua res illa continet. Elatis igitur ossibus in suis coniunctionibus, nervi qui & intendunt & remittunt comode, faciunt ut flectendi cuiusq; membri habeam facultatem, atq; hanc ob causam hic inflexus sedeam. Ac rursus disputationis mea, alius quasdam eiusmodi causas assignaret, voces & aerem, & auditum aliaq; generis eiusdem quam plurima, causas verissimas negliges: videlicet quoniam Atheniensibus melius

melius visum fuerit: me condemnare, ideoq; mihi etiam melius sit visum hic sedere, iustiusq; iudicari expectan- tem dare pœnas quas illi inbeant. Profecto per Canem iū- diu, ut arbitror, hi nerui, atq; hæc ossa apud Megaren- ses, aut Bœotios essent ipsius quod optimum est, optione delata, nisi iustus honestiusq; censuissem pœnas ciuitati pendere quascunq; à me exigat, quam subterfugere atq; exulē viuere. Verūm talia quadam causas appellare, à ratione est remotissimum. Si quis aut dixerit absq; ossi- bus & neruis atq; similibus non posse me, qua mihi fa- cienda videantur implere, verè utiq; dicet. Attamen asserere propter hæc me facere quascunq; facio, dum ipsa mente ago, non aut eius quod optimum sit optione, mul- ta magnaq; sermonis negligentia esset. Nam qui sic est affectus, nequit discernere aliam quidē esse veram rei a- licuius causam, aliud verò illud sine quo ipsa causa esse non pōt causa. Quod quidem multi mihi videtur, quasi in tenebris atrectantes alieno appellare noīe, dum cau- sam nuncupant. Quapropter nonnulli vertiginem circū- ponentes terræ, sub cœlo eam stabili faciunt. Alij verò tanquam latū pistoris aluē aëre velut base suffulciunt. Potentiam verò ipsam, qua nunc ita disposita sit ut opti- mē disponi poterat, neq; perquirunt, neq; demoniacā qua- dam habere vim putant, sed Atlante quēdam robustio- rem & immortalē, magisq; oīa continentem inuen- nisse se opinantur. Ipsum aut bonum atq; decens conne- ctere atq; continere reuera nihil existimant. Ego igitur li- bentissimē cuiusuis essem discipulus, ut quemadmodū se habeat hæc ipsa causa discerem. Postquā verò hæc priua- tus sum, neq; ipse inuenire, neq; ab alio discere potui, se- cundam nauigationem ad causam inuestigandā molitus sum. Visne, o Cebes, hæc tibi à me demonstrari? Mi- rificè cupio, inquit Cebes. Censui tandē cum in rebus cō- siderandis iam defessus essem, cauendū fore, ne mihi idē accideret, quod accidere illis solet, qui in solem deficientē figunt intuitum, orbantur. n. nonnunquam visu, nisi in aqua, vel in eiusmodi aliquo imaginē eius aspiciant. Tale quiddam ego reputaui, timuīq; ne aīus mihi prorsus occideretur, si oculis res aspicerē, sensuq; quolibet attinge- ret illas aggredere. Quapropter operaprecium fore cēsi, ut ad rationes confugerem, atq; in illis rerum veritatem considerarem. Fortè verò nostra hæc similitudo non omni- ex parte congruit. Non enim prorsus assentior eū qui res in rationibus contemplatur, in imaginibus aspiciere po- tius quam qui in operibus intuetur. Verūtamen hac via iter direxi meum, supponensq; rationem semper quam esse iudico validissimam, quacunque huic consonare vide- antur, pono equidem tanquam vera, idq; ago & circa rerum causas, & circa reliqua omnia: qua verò dissonant, vera esse nego. Volo equidem qua dico, tibi aper- tius explanare. Puto enim te nondum intelligere. Per Iouem haud multum, inquit Cebes. Verūm nouum ni- hil adduco, sed qua & sæpe aliās in superiori disputa- tione dicere nunquam destiti. Pergo iam igitur demon- strare tibi causæ speciem quam continē pertractaui, ac redeo ad illa iam sapius decantata, ab eisq; exordior, sup- ponens aliquid esse ipsum per se pulchrum, & bonum, & magnum, & cetera omnia. Quæ quidem si tu mihi dederis, eaq; esse cōcesseris, spero tibi ex his ipsam causam demonstrare, itēq; inuenire esse aīam immortalē. At

Verò quasi iam tibi concesserim, nihil tibi opus est pralu- dio, quo minus iam concludas. Considera iam qua se- quuntur deinceps, Verum in his mihi consentias. Arbitror. n. siquid est aliud pulchrum præter ipsum pulchrū, non ob aliud quippiam esse pulchrum, quam quia pulchri ipsius est particeps. Atq; omnia dico similiter. Nūquid ob hanc causam recipis? Recipio equidem, inquit. Ergo nondum ultra percipio, neq; possum ceteras istas præcla- ras causas cognoscere. Si quis autem mihi dixerit quare pulchrum sit quodlibet, videlicet quia vel colorem habeat floridum, vel figuram, vel aliud quoduis talium, cete- ra equidem valere sino: in ceteris. n. omnibus soleo per- turbari: id verò vnum simpliciter atq; proculdubio, & forte iam ineptè penes me teneo, nihil aliud esse quod ali- quid faciat pulchrum, quam ipsius pulchri, siue præsen- tiam, siue comunionem, siue qualicunq; ratione, & quo- cunq; modò id proueniat. Neq; n. id adhuc affirmarem: sed pulchro pulchra omnia esse pulchra, id mihi videtur tutissimum, tam mihi, quam alijs respondere: atq; huic fundamento innixus, puto nunquam cadere, sed & me & quemuis alium tuto respondere posse, quacunq; pul- chra sunt, ipso pulchro fieri pulchra. Nonne & ipse con- sentis? Consentio equidem, inquit Cebes. Ergo & qua magna sunt, ipsa magnitudine esse magna: & q̄ maio- ra sunt, similiter esse maiora: & quæ minora, paruitate esse minora. Ita est. Igitur neq; tu quidem assentie- ris, si quis aliquē dixerit alio quodam capite esse maio- rem: atq; eum qui minor est, eodem capite esse minorem: sed testificaberis te quidem nihil aliud esse dicturum, quam eū maius alio non alia re vlla quam magnitudi- esse maius, atq; ob hoc maius, ob ipsam scilicet magni- tudinem: minus aut, nullo similiter alio, quam paruitate, & propter hoc esse minus, propter ipsam videlicet parui- tatem: metuens, ut puto, ne si quem dixeris capite maio- rem esse, vel minorem, quispiam tibi sic objiciat: primū quidem eadem re & maius fore maius, & minus fore minus: deinde quod capite, q̄ res parua est, maiorem af- firmes esse maiorem. Hoc aut dicit monstro esse persimi- le, ut paulo aliquo magnum quiddā esse dicas. Nonne hæc metueris? Tunc Cebes subridens, equidem inquit. Nonne similiter quoq; metueres dicere, inquit, dece plu- ra, quam octo esse duobus, atq; ob hanc causam supera- re, potius quam multitudine, atq; propter multitudinē? Ac similiter bicubitū cubitali maius esse dimidio potius quam magnitudine? Id enim similiter est metuendum. Omnino. Quid verò si vni addatur vnum, addit amē- tum ipsum esse causam, ut duo fiant, vel si dimidatur, diuisionem ipsam duorū esse causam, dicere non formida- res? Aliusq; exclamares, nescire quoniam alio pacto quicquid fiat, nisi participatione quadā essentia vnicuiq; propria, cuius sit particeps? atq; in his nullam aliā habe- re te cām cur duo fiant præter dicitatis ipsius participatio- nē: sed oportere huius participia fore, quocunq; futura sunt duo: & similiter vnitatis quocunq; futurum sit vnum? Has verò diuisiones adiūctionesq; & ceteras eiusmodi argutias valere sineres, relinqueresq; sapientioribus te per- eas pro arbitrio responsuris: tu verò tuam, quemadmodū di- ci solet, metnēs vmbra & imperitiā, atq; inixus tutissi- ma illi positioni, sic utiq; responderes? At vero si quis eā- dem positionem cōplexus īstaret, valere sineres, neq; prius respond

responderes, quam qua inde manant, considerasses, utrum
 consonent inuicem, aut dissonent? Vbi vero illius ipsius ra-
 tionem oporteret afferre, eodem modo afferres, atque aliam rursus
 positionem adduceres, quae superiorum optima videretur, quoad
 ad aliquid sufficiens peruenires? Nunquam uero simul con-
 funderes contentiosorum more, ubi et de principio, et de
 his quae a principio deducuntur, disputas, si modo uelles eo-
 rum aliquid quae uere sunt, inuenire? Nam illis fortasse nul-
 lus hac de re sermo est, nulla cura. Possunt enim praesapientia
 et simul omnia commiscere, et tamen sibi placere. Tu uero
 si ex philosophorum numero es, quae dico, ut arbitror, facies.
 Verissima loqueris, inquit Simmias et Cebes. ECH. Per
 Ionem, o Phaedo, merito admodum consenserunt. mirifice enim
 ille mihi videtur re ipsam vel hebetissimo cuique, explanas-
 se. PH. Sic prorsus, o Echeates, praesentibus omnibus simili-
 liter visum fuit. ECH. Quid mirum? cum nobis quoque, qui
 non inter sumus, nunc similiter audientibus videatur. Ve-
 rum quantum post haec dicta fuerit? PHAE. Ut equidem ar-
 bitror, postquam haec illi Socrati concesserunt, concesseruntque
 spem quolibet aliquid esse, et quae hanc participia sunt, ip-
 sarum denotationem habere, deinceps hunc in modum in-
 terrogauit. Si haec ita se habent, nonne quando Simmiam di-
 cis Socrate quidem maiorem esse, Phaedone uero minore, tunc
 affirmas in Simmia utrumque esse, et magnitudinem simul
 et paruitatem? Equidem. Attamen Simmiam confiteris
 excedere Socratem, non ita reuera ut uerba sonant. Non
 enim ita natura institutum esse existimas Simmiam, ut ea ratione
 superet quae est Socratis, sed magnitudine quam habet: neque
 rursus Socrate eo quod Socrates est, excedi, sed quia parui-
 tatem praemagnitudine illius habeat. Vera loqueris. Simi-
 liter nec a Phaedone superari, eo quod Phaedo sit Phaedo, sed
 quia Phaedo praesimilia paruitate magnitudinem habet. Ita est.
 Sic itaque Simmias denotationem parui habet et magni-
 tudinem in amborum medio positus, alterius quidem paruitate
 magnitudine superat, alterius uero magnitudini parui-
 tate cedit. Et simul subridens, inquit: Videor equidem as-
 fectatius descripsisse. uerumtamen est ut dico. Sic apparet.
 Dico autem, propterea, quia cupio uideri tibi quod et mi-
 hi videtur. Opinor enim non solum magnitudinem ipsam nun-
 quam uelle magnam simul paruumque esse, uerum etiam neque
 hanc quae in nobis est magnitudinem unquam recipere paruitatem,
 neque superari uelle. sed e duobus alterum accidere: uel
 fugere, seque subtrahere quando adueniat contraria paruitas:
 uel cum aduenieris, interire: nolle autem expectare, atque in par-
 uitate recipienda aliud esse quam erat. Quemadmodum ego
 cum suscepim sustinuerimque paruitatem, quoadiu is ipse sum
 qui sum, sic ipsemet sum paruus. Illud autem magnum quod
 ipsum est, nunquam sustinuit esse paruus: similiter paruus
 quod est in nobis, nunquam uult magnum aut fieri, aut esse.
 neque aliud quicquam contrarium, quando est id quod erat,
 patitur simul contrarium fieri aut esse, sed aut abire, aut pe-
 rit cum adueniat contrarium. Ita prorsus existimo, inquit Ce-
 bes. Tunc quidam eorum qui aderant, hac audies, quis autem
 ille fuerit, non satis memini. Diu boni, inquit, nonne in su-
 perioribus contrarium eorum quae dicuntur, nobis est concessum,
 uidelicet ex minori maius fieri, atque ex maiori minus, es-
 seque proculdubio generatione contrarium ex contrariis? Nunc
 aut uideamus fieri id non posse dicere. Cum uero Socrates
 admouens caput, auscultasset, uiriliter, inquit, id recorda-
 tus es: non tamen intelligis differentiam inter id quod mo-

do dictum est, atque illud superius. Tunc enim dicebatur ex
 contraria re, re contraria fieri, nunc uero contrarium ipsum
 sibi contrarium fieri nunquam, neque quod in nobis, neque
 quod in natura contrarium est. Tunc quidem, o amice, de his
 quae habent contraria dicebamus, hac illorum cognomine ap-
 pellantes. At nunc de illis ipsis loquimur, quae his insunt,
 quorum uel praesentia cognomen habent ea quae notantur. Illa
 uero ipsa dicimus nunquam uelle mutua inter se generatio-
 nem suscipere. Et simul Cebetem intuitus, inquit: Num te
 quoque Cebes aliquid eorum quae nunc obiecta sunt, perturbauit?
 Haud equidem, inquit Cebes, ita sum affectus, ac tibi affir-
 mo non multum me turbari. Id ergo simpliciter, inquit, con-
 fessi sumus, contrarium nunquam sibi fore contrarium.
 Oino. Aduerte praeterea nunquam et in hoc mecum sentias.
 Vocasne aliquid calorem atque frigus? Voco equidem. Num
 tanquam niuem atque ignem? Non per Ionem. An aliud
 quiddam calorem esse quam ignem, et aliud frigus quam ni-
 uem? Ita. Sed hoc quoque tibi uideri puto, niuem quandiu
 nix est, nunquam suscepturam esse calorem, quemadmodum et
 superioribus dicebamus: ac esse niuem ut erat prius simulque
 calidam: sed adueniente calore, aut subterfugere, aut inter-
 ire. Penitus. Similiter et ignem subintrante frigore, aut
 subterfluere, aut extinguere, nec unquam posse et suscipere
 frigus, et simul esse ignem sicut prius erat, et frigidum.
 Vera narras. Sunt igitur quaedam eiusmodi, ut non solum
 spem ipsam nomine suo dignentur per omne tempus, sed et a-
 liud quiddam, quod quidem non est primum illud, habet uero
 quandiu est, illius formam. In hoc rursus tibi quod uolo,
 forte manifestius erit. Impar enim semper oportet nomen id
 quod nunc dicimus, possidere. Nonne? Oportet sane.
 Num id solum ex omnibus hoc enim. quaro: an et aliud quid-
 dam quod quidem est non id ipsum impar, attamen hoc o-
 portet unam cum suo nomine, hoc insuper nomine alio semper ap-
 pellari, propterea quod ita natura sit institutum, ut nun-
 quam ab impari deseratur? Dico autem hoc effectum esse ce-
 ternarium, aliaque permulta. Considera uero de ternario.
 An non tibi videtur hunc et sui ipsius nomine semper nuncu-
 pandum esse, et simul nomine imparis? Quod quidem impar
 non idem est quod est ternarius. uerumtamen ita natura con-
 paratus est, et ternarius, et quaternarius, et omnis medietas
 numeri, ut quauis non idem sit quod impar, semper tamen
 eorum quibus sit impar. Praeterea duo et quattuor, omnesque
 alter numeri ordo, quauis idem quod par non sit, simul ta-
 men quilibet illorum par semper existit. Concedis necne?
 Quidni? Contemplare ergo quid uelim, est autem eiusmodi:
 videntur quidem non solum ipsa inter se contraria sese
 inuicem non recipere, uerum etiam quaecumque talia sunt, ut licet
 contraria inter se non sint, semper tamen contraria possi-
 deant, nunquam recipere speciem illam quae ipsi speciei qua
 in se habent, contraria sit, sed hac adueniente, aut perire
 protinus, aut abire. An non dicimus tria et deficere, et
 aliud quoduis pati prius, quam suscipere ut quatenus tria
 sunt, paria fiant? Ita prorsus. Non tamen contraria est dui-
 tus trinitati. Non certe. Non solum ergo species ipse contraria
 nunquam inuicem se recipiunt, sed et alia quaedam contrarium
 ingressum mutuum non suscipiunt. Verissima narras. Visne
 igitur haec si possumus, qualia sint, definiamus? Volo equi-
 dem. An non Cebes haec erunt quae quodcumque occupat, tale red-
 dunt, ut non solum sui ipsius ideam retinere cogatur, sed
 etiam contrario illi sic opus? Quoniam pacto dicitur? Quemad-

modum paulo ante dicebamus. Scis. n. qua trium conti-
nentur idea, oportere non solum tria, sed et imparia esse.

Certe. Ad hoc tale utiq. dicebamus ideam contrariam
forma illi q. id perficit, nunquam accedere. Nunquam.

Perfecit aut. imparis idea. Hac ipsa. Contraria vero
huic parisi idea. Ita est. Ergo ternario numero idea pa-
ris se nunquam insinuabit. Nunquam. Quapropter ter-
narius numerus parisi est expers. Expers. Trinitas ergo
est necessario impar. Est. Quod ergo definiendum assum-
psera, qualia videlicet sint, q. etsi alicui non sunt contra-
ria, ipsum tamen contrarium no. admittunt, perinde se ha-
bet ut trinitas: q. cum pari non sit contraria, nihilo tamen
magis ipsum accipit, propterea quod semper eius contra-
rium affert. Similiter q. binarius ad impar, & ignis se
habet ad frigidum, aliaq. quam plurima. At vide iam nu-
mum a definiendum putes, ut non modo contrarium non admit-
tat contrarium, verumetiam illud quod aliquid affert con-
trarium illi ad quod ipsum accedat, ipsum videlicet quod
affert, nunquam contrarium eius q. affertur recipiat forma.

Rursus aut. recordare: neq. n. inutile sapius admonere.
Neq. quinq. parisi speciem admittent, neq. decem imparisi,
quod est duplum. Hoc quidem ipsum alij contrarium, spe-
ciem tamen imparisi accipiet nunquam. Neq. et numerus
sesquialter, neq. alia hmoi qua dimidium habent, forma
totius suscipiunt, similiter q. numerus qui partem habet
tertiam, atq. eiusdem generis alia, si modo assequeris ista,
atq. consentis. Omnino equidem consentio atq. assequor.
Rursus tanquam a principio mihi dicas. Nec tamen per
id quod nunc interrogo, sed per aliud quiddam mihi re-
spondeas me imitatus. Dico aut. praeter tutam responsione
illam a principio positam, iuxta tutam quoq. responsione,
aliam per ea qua modo dicta sunt, adinueniam. Nempe
si me interroges, o Socrates, quidnam in corpore si sit, ca-
lescet corpus, non tutam responsionem illam rudemq. tibi
dabo, videlicet si caliditas: sed exquisitiore ex p. sentibus
verbis, ut si insit ignis. Similiter si me interroges, quid
si in corpore sit agrotabit, non respondebo si agrotatio, sed
si febris. Rursus si percontaris, quid si insit numero fue-
rit impar, non dicam si imparitas, imo si unitas, atq. in
ceteris eodem pacto. Sed vide an dum quid velim plane
cognoueris. Planissime. Responde igitur: quidnam si
in corpore sit erit vivum? Si anima. Nonne id semper
ita se habet? Semper. Anima igitur quicquid occu-
pat, semper ad illud vitam affert? Affert proculdubio.

An est aliquid vitae contrarium necne? Est utique.

Quid istud? Mors. Anima vero contrarium eius quod
ipsa semper adducit, subit nunquam, quemadmodum ex
superioribus est concessum. Sic est omnino. Quid vero?

Quod parisi ideam non accipit, quoniam modo paulo an-
te nominabamus? Impar omnino. Quod vero non ac-
cipit iustitiam, quodue non capit musicam? Iniustum
dicimus & immusicum. Age iam, quod non subit mor-
tem, quo appellabamus? Immortale. Et aia quidem
mortem non suscipit. Nequaquam. Est igitur aia im-
mortalis. Immortalis quidem. Age utiq. hocne ia de-
monstratum dicemus? An aliter tibi videtur? Et suffi-
cientissime quidem, o Socrates. Quid ergo Cebes? Si ne-
cesse foret quod oia no. est impar, & interitus nesciu fore,
nonne tria interitus nescia forent? Quidni? Praeterea si
quod incallescere nescit, necesse foret interitus nesciu esse,

quando quis ad niuem calidum admoueret, nix quidem
incolumis aliquefacta, subterfugeret: neq. n. vel per-
iret, vel permanens calorem admitteret. Vera narras.

Simili, ut arbitror, rone, si quod frigescere nesciu et in-
teritus nesciu esset, quando in ignem adueniat frigus, no.
extingueretur et euanesceret ignis, sed abiret incolumis.

Ita necesse foret. Eodem pacto de immortalibus quoq. necesse
est dicamus. Si. n. quod est immortale, interire nequit,
impossibile est aia am. imminente morte perire. Na. mortem
quidem quemadmodum ex superioribus constat, non recipiet,
neq. interierit: quemadmodum ternarius nunquam, ut dixi-
mus, par erit, neq. rursus impar erit par, neq. ignis frigi-
dus, neq. caliditas q. inest igni, frigiditas unquam erit.

Ceterum dicit quispiam, quidnam prohibet, quo minus ipsum
impar, par quidem non fiat adueniente pari, quemadmodum
inter nos conuenit, attamen eo dissoluto, par pro ipso succe-
dat? Ita dicenti repugnare no. valeremus, quia sit de-
structum. Quippe cum non idem sit impar atq. indissolubile.

Alioquin si nobis id constitisset, facile obtineremus, inua-
dere pari, impar ternariumq. saluum discedere, similiter q.
de igne & calido ceterisq. assereremus. Nonne ita? Pro-
fus. Iam vero de immortalibus, si nobis id constat quod est
immortale, esse et interitus nesciu, consequens est aia am. p-
ter id quod est immortalis interitus quoq. nesciu esse. Si
vero minus id concedatur, rone alia opus erit. Sed nihil
opus est, quantum ad id spectat, alia rone. Siquidem quidnam
aliud indissolubile posset esse, si immortale ipsum semper
nisi dissolueretur? Deum vero & ipsam vitam speciem, &
siquid aliud est immortale, indissolubile quoq. esse oia
fiterentur. Vniuersi per Iouem hoies, & multo magis
ipsi, ut arbitror, dii. Cum igitur quod immortale est, in-
corruptibile sit, quidnam prohibet aia am, si fuerit immu-
lis, incorruptibile quoq. fore? Necessario sequitur. Im-
minente igitur huius morte, quod mortale quidem in eo est, in-
terit: quod vero immortale, incorruptum, sepeq. morti se
subtrahit. Manifestum est. Itaq. maxime oium, o Ce-
bes, aia immortalis incorruptibilisq. est, eritq. apud ma-
nes aia nostra. Nihil equidem, o Socrates, aduersus haec
habeo quo minus rationibus tuis assentiar. Verum siquid aut
hic Simmia, aut alius quisquam habet quod dicat, opera-
preceptum fuerit no. siluisse. Nescio. n. in quod aliud quis dis-
ferat tepus, siquid de rebus eiusmodi, vel dicere, vel au-
dire desideret.

Atqui nec ego, inquit Simmia, habeo
quicquam quo minus superioribus assentiar rationibus. Ve-
runtamen rei ipsius qua de agitur magnitudine, et huma-
nam imbecillitate considerans, cogor intra me dictis non-
dum acquiescere. Quinimo & haec bene dicit Simmia,
& positiones prima quamuis fide vobis digna videatur,
diligentius tamen consideranda: atq. si illas sufficienter,
ut arbitror, susceperitis, hanc sequemini rationem quantum
fieri ab homine potest. Quod si hoc ipsum fuerit manife-
stum, nihil ulterius perquiretis. Vera loqueris, inquit.

Hoc aiunt, o viri, iustum est cogitare, si aia sit im-
mortalis, ea non solum teporis huius in quo vivere
dicimur, verum etiam vniuersi gratia curatione plurimum
indigere. Na. graue periculum fore putandum est, si quis ne-
glexerit aia am. si. n. mors totius dissolutio esset, nimirum
improbi lucrarentur, cum & a corpore, & ab eorum
prauitatem cum aia liberarentur. Nunc aut. cum aia im-
mortalis appareat, nulla superest malorum declinatio, nulla
salus

salus, nisi ut optima & prudentissima fiat. Nihil enim aliud cum migrat ad manes anima, secum transfert praeter eruditionem atq; educationem. Quae quidem statim in principio transmirationis illius plurimum vel prodesse, vel obesse dicuntur. Ferunt. n. quemlibet hinc illuc emigrantem, ab eo demone quem vivens sortitus fuerat, in locum quendam duci, ubi oporteat omnes vna collectos indicari, ac deinde ad inferos proficisci eo duce, cui mandatum erat ut hinc decedentes, ad illa traducat. Sortitos vero illuc qua oportebat sortiri, tempusq; debitum commoratos, ab alio quodam duce rursus huc reduci post multos temporis longosq; circuitus. Est aut iter non tale quale ait Telephus apud Aeschylum. Ille siquidem simplicem, inquit, viam ad inferos ferre. Ego vero, neq; simplicem, neq; unam esse puto. Alioquin nullis ducibus opus esset. Quippe quae unica via aberrare possit nemo. Quinimo multos tramites, multosq; anfractus habere. Quod quidem ex sacrificijs & ritibus coniectare licet. Animus ergo moderatus & prudens duce sponte sequitur, neq; ignorat praesentia. Sed qui cupiditate corporis est infectus, quemadmodum supra dixi, per multum tempus ad ipsum ardentem afficitur: & circa locum visibilem multis relictus modis multaq; perpeffus, vix tandem ab eo adducitur demone, cui eius cura erat iniuncta. Cum vero ad ea loca ubi alij quoq; animi sunt pervenerit, quisquis admodum immundus est, & huiusmodi obnoxius crimini, qui vel iniustus se contaminaverit cadibus, vel alia his similia, similibusq; animorum opera perpetraverit, hunc quidem animum omnes fugiunt: atq; declinant, nec reperiunt ullus, qui vel socius, vel dux eius fieri velit. Ita que omni auxilio destitutus, eo usq; pererat, quoad certa temporum curricula impleantur. Quibus tandem impletis, in habitationem sibi convenientem ab ipsa necessitate transfertur. Qui vero puram moderatamq; transegerit vitam deos socios, ducesq; nactus ibi habitat, ubi unicuiq; convenit. Multa vero sunt, mirabiliaq; terrarum loca, ipsaq; terra neq; talis, neq; tanta est qualem aut quantam hi qui de terra loquuntur, existimant, quemadmodum mihi a quodam traditum est. Quanam ratione, inquit Simmias, haec ais, o Socrates? Equidem de terrarum orbe multa audivi: non tamen haec quae tanquam vera accepisse te ais. Libenter igitur ex te audire. Atqui, o Simmia nequaquam mihi videtur ars Glauci quae ea sint narrare, sed quod vera sint probare, artis Glauci facultate mihi videtur excedere. Praterea ego forsitan non sufficerem. Quin etiam si id scire, haec tamen vita mea, o Simmia, longiori huic narrationi nequaquam sufficeret. Formam tamen orbis terrae eiusq; loca cuiusmodi esse rear, nihil prohibet dicere. Satis id erit, inquit Simmias. Persuasum mihi quidem est, primo si terra in caeli medio rotunda, nihil ei opus esse, vel aere, vel alia necessitate eiusmodi ad hoc ut nunquam de eisdem. Sed ad eam sustinendam satis id esse, quod et caelum undiq; sibi ipsi similitimum est omnino, & terra undiq; aequilibris. Res. n. aequilibris in similibus alicuius medio posita, nec magis nec minus potest in partem aliquam inclinari. Cuius similiter se habeat, ab inclinatione permanet aliena. Primo igitur mihi esse ita est persuasum. Et recte quidem, inquit Simmias. Praterea ingentem esse terrarum orbem, nosq; a Phaside ad Columnas Herculeas habitare, in parva quadam eius particula, ceu formicas atq; ranas cir-

ca paludes, atq; mare. esse vero et alios in similibus multisq; locis multos habitatores. esse. n. passim per terram multas Variasq; concavitates secundum formas et moles in quas aqua, nebulae, aereq; confluant. Puram vero ipsam terram in puro iacere caelo, in quo sunt astra, quem pleriq; eorum qui haec tractant, aethere nominant. Et quidem subiecta quasi residendo haec esse, semperq; in hiatus terra confluerent. Nos itaq; in his concavitatibus habitantes, adeo falli, ut in terrae superficie alta nos habitare credamus. Perinde ac si quis in profundo pelagi habitans, putet se altiora maris incolere: atq; sole ceteraq; astra per mare prospiciens, mare ipsum esse caelum existimet: quippe cum propter tarditatem imbecillitatemq; nunquam ad summum maris evaserit, neq; caput undis extulerit, planeq; aspexerit quanto hic locus profundo illo purior pulchriorq; sit: quin etiam nec ab illo qui hunc intuitus sit, acceperit. Hoc igitur idem et nobis accidere, qui in quadam orbis terreni concavitatibus habitantes, altam incolere superficie arbitremur, atq; aere nominemus caelum, ut pote qui per ipsum quasi caelum astrorum motus intueamur. Idq; nobis accidere propterea, quod propter imbecillitatem tarditatemq; ad supremum usque aere transcendere nequeamus. Quod si quis ab summum evaderet, vel alis fretus eo volaret, hinc procedente inde iam prospecturum: quemadmodum pisces emergentes e mari nostra haec afficiunt. Ac si natura ad inspicendum sufficeret, cogniturum protinus caelum illud esse verum, veramq; lucem, veram quoq; terram. Siquidem quae a nobis incolitur terra, huiusmodi lapides, totusq; hic locus absens sunt atq; corrupta, ut ea quae in mari sunt a salsedine. neque nascitur in mari quicquam existimatione dignum: atq; ut ita dixerim, nihil est in ea perfectum, sed caverna, arena, limus incredibilis, atq; sordes ubique sit & terra. Quae quidem ad has nostras pulchritudines nullo modo sunt conferenda. Illius vero loci pulchritudo hanc nostram multo magis apparebit excedere. Proinde si fabula quoque narrare oportet perpulchra, operae precium Simmia est audire quales sint haec terrarum plagae quae subiacent caelo. Imo vero, inquit Simmias, libentissime hanc fabulam audiemus. Ferunt igitur, o amice, inquit, primum quidem talem videri terrae illius faciem, si quis superne despiciat, quales sunt haec pila q; ex corijs duodecim contextae sunt, varijs scilicet distincta coloribus. quorum hi nostri colores quibus pictores utuntur, similitudinem quandam retinent. Illic vero universam terram ex talibus multosq; etiam nitidioribus ac purioribus esse, partim quidem purpuram miram pulchritudine partem, partim vero coloris aurei, partim gypso & nive candidiore. Praterea ex coloribus alijs similiter exornatam, ac etiam pluribus pulchrioribusq; quam in nostram notitiam pervenerunt. Enimvero has ipsas ipsius concavitates aqua aereq; repletas speciem quandam coloris splendidam in primis afferre inter ceterorum colorum varietatem, ut una quadam species eius varia semper appareat. In huiusmodi vero terra convenienti ratione similes nasci arbores, & flores, & fructus. Praterea montes & lapides ibidem similiter ratione habere perfectionem atq; perspicuitatem, coloresq; admodum pulchriores. Quorum quidem particulae quaedam sint lapilli qui apud nos habentur in precio, Sardia, Iaspides, Smaragdi, ceteriq; eiusmodi. Illic vero nihil esse quod non tale sit, aut etiam pulchrius. Cuius quidem rei causa sit, quoniam lapides illi puri

Nihil dignum nascitur i mari.

Fabula de terra pura, & quae in ea sunt.

Art. Glauci

G y sint,

sint, neque quemadmodum nostri à putredine falsugineq̄
 attriti atq̄ corrupti, quibus in hunc locū confluentibus, la-
 pides & tellus animaliaq̄ & planta inficiuntur, atque
 agrotare coguntur. Terrā verò ipsam his oībus exornari,
 atq̄ auro et argento caterisq̄ similibus. Prafulgentia
 quidem hæc ibi nasci & multa & magna, perq̄ oēm
 terrā, ut eam videre spectatorum feliciū sit spectaculū.
 Proinde ibi esse animalia multa, & homines partim re-
 gionem mediterraneam incolentes, partim circa aerem,
 quemadmodum nos circa maris littora, partim etiā insu-
 las qua haud procul à continenti posita aere circumdantur.
 Sed ut summatim dicam, quod nobis aqua est & mare
 ad usum nostrum, idem illic esse aerem: quod verò nobis
 aer, id illis atherem esse. Tempora verò apud illos tantā
 habere temperiem, ut illi & sine morbo continuè & lon-
 gè diutius quàm nostri viuant. Item visu, auditu, pru-
 dentia, caterisq̄ talibus nobis tantū prestare, quantum
 & aer aqua, & ather aeri puritate praestat. Præterea il-
 lic esse deorū templa & lucos, in quibus reuera dij fami-
 liariter habitent, & responsa & diuinationes, deorumq̄
 sensus familiaritatesq̄ eiusmodi hōibus ad deos esse. Solè
 quoq̄ & lunam stellāsq̄ alias quales reuera sunt, apud
 eos videri: cateris in rebus beatitudinē eos his rebus con-
 gruā possidere. Itaq̄ vniuersam terram sic natura insti-
 tuit, & qua circa eam sunt, similiter tradunt. esse p-
 terea in ipsa per eius cōcauitates loca in circulum multa,
 partim quidē profundiora, atq̄ ampliora quàm sit regio
 à nobis culta, partim verò profundiora quidē, sed hiatū
 angustiorē habentia nostra hac ragione: esse & alicubi
 minus profunda, sed ampliora quàm nostra. Hæc autē om-
 nia sub terra sibi inuicē obuiare, atq̄ irrumpere multis
 vndiq̄ modis, tū per angustiora, tum per ampliora, di-
 scursusq̄ habere & exitus quibus magna aquarum copia
 ex alijs in alia velut in crateres cōfluat. Item perpetuorū
 fluminū sub terra incredibiles magnitudines aquarum,
 tū calidarum, tum etiam frigidarū, plurimumq̄ ignē,
 & ignis ingentes amnes: multos quoq̄ lutulentū humo-
 ris, partim quidē purioris, partim verò sordidioris, ceu
 torrens luti qui in Sicilia est, & iuxta ipsum amnes lu-
 rei inde fluentes. Quibus singula cōpleri loca quacunque
 eos cōtingit perfluere. Hæc autē omnia sursum deorsumq̄
 ferri veluti vase pensili quodā sub terram posito, atq̄ ita
 librato, ut viring uicissim inclinet atq̄ attollat. Est autē
 id vas pensile ob naturam quandam eiusmodi. Vnus ali-
 quis ex terra hiatibus est profectus quàm maximus, perq̄
 vniuersam terram traiectus et patens. de quo Homerus,
 Longè nimis barathrū stat sub tellure profundū. Quod et
 ipse alibi, & multi poetarū Tartarum appellarunt. In
 hoc vtiq̄ receptaculum oīa conflunt flumina, atq̄ inde
 rursus effluunt. Talia verò sunt singula, per quales labū-
 tur terras. Quod autē hinc effluant oīa rursusq̄ resiliant,
 hæc est causa, quod hic humor nec fundamentum habet
 nec firmamentū. Itaq̄ eleuatur, & sursum deorsumq̄ re-
 dundat. Idemq̄ facit aer & spiritus qui circa ipm uersa-
 tur. Sequitur n. ipsum, & quando ad superiora terra, et
 quando ad hæc nostra perlabitur. Et quemadmodum in
 respirantibus flatu continuè expirat atq̄ respirat, sic et ibi
 spiritus vna cum humore elatus vehementes quosdam ve-
 tos & incredibiles commouet, siue insuat siue effluat.
 Quapropter cum aqua in locum inferiorem delabatur per

meatus terra iuxta eiusmodi riuos influit, passimq̄ per
 eos exundat, & implet velut hi qui hauriunt. Cum ve-
 rò illinc huc erumpit, hæc quoq̄ iterum loca complet. Ple-
 na verò cum sint, per riuos terraq̄ meatus exuberat. Et
 cū humores singuli illuc proflexerint, quo quisq̄ profluit
 opportunius, maria, lacus, flumina, fontes efficiunt.
 Proinde rursus hinc relabentes per terram, partim qui-
 dem per longiores pluresq̄ anfractus, partim verò per
 pauciores atque breuiorē rursus in Tartarum conflunt:
 alij certè multo profundius quàm hausti fuerint, alij ve-
 rò paulò, oēs autem inferius influunt quàm effluerint,
 & alij per contrariam partem elabuntur quàm elapsi
 fuerint, alij verò per partem eandem. At quidam pas-
 sim circūfluentes aut semel aut sæpius, spirasq̄ circa orbē
 terrarū instar anguim replicantes, quantum fieri potest
 infra relapsi iterum cōmiserunt. Licet autē vringue ad
 mediū vsque defluere, vltra verò nequaquam. vterior
 n. prolapsus vring foret ascensus. Proinde sunt & alia
 multa & magna variaq̄ fluentia, sed præcipua quatuor.
 Quorū quidem maximum atq̄ extremum, terram circum-
 dans Oceanus appellatur. E contraria verò huius regio-
 ne fluit Acheron: qui per deserta alia fluens loca, atque
 per subterranea, in paludē defluit Acherusia. Quo ple-
 riq̄ defunctorū deueniunt animi, ibiq̄ per fatalia quadā
 temporum curricula cōmorati, partim quidem longiora,
 partim verò breuiora, rursus in generationes animalium
 relabuntur. Tertius verò fluuius horum medius durum
 interfluit. Nec admodum longè progressus in locum eade
 vastum multo igne flagrantem, efficitq̄ paludē vltimā
 mari maiore, aqua lutoq̄ feruentem. Hinc verò vring
 durus lutulentusq̄ circūfluit, terraq̄ circumdata, et alibi
 & ad extrema paludis Acherusia peruenit, nec tamē
 luis aqua miscetur, sed sub terra sæpius reuolutus ab-
 ruptusq̄ defluit infra tartarū. Hunc fluuium Pyriphleg-
 ethonē nominant, cuius riuus quidā inde velut emulsi qua-
 cunq̄ terrarum cōtigerit manant. E contraria verò huius
 regione fluuius quartus primū in locum erumpit ferū
 & asperum, ut ferunt. colore verò locus talem habet to-
 tus, qualis est cyaneus: quē Stygium nominant. hic autē
 fluuius prolapsus paludē efficit Stygem. In hunc verò in-
 cidens locū viresq̄ vehementes in aqua assumens sub terrā
 se condit, circūuolutusq̄ aduersus Pyriphlegethonē labi-
 tur, & in Acherusia paludē e contraria parte illi sit ob-
 uia. Nec vlli huius aqua miscetur, se reuolutus in gyrū
 contra Pyriphlegethonem irrumpit in tartarum. Postea
 vero hunc appellat Cocytum. Cum verò hæc ita natura
 disposita sint, quando in eum locū defuncti perueniunt,
 quo demon vnumquēq̄ perducit, primo illic iudicatur,
 et qui honestè sancteq̄, & qui aliter vixerint. Itaq̄ qui
 cunq̄ in vita quodā modo tenuisse medium quoddā compe-
 riuntur, ad Acheronē profecti vehiculis qua vnicuique
 ad sunt, in paludem perueniunt Acherusiam, ibiq̄ ha-
 bitat purganturq̄ poenas dantes iniuriarum. & cū puri-
 ficati sunt absoluitur, rursusq̄ pro meritō singuli benefa-
 ctorū præmia reportant. Qui verò ob scelerum magnitu-
 dinē insanabiles esse videntur, qui videlicet sacrilegia
 multa et magna, vel cædes iniquas, vel alia horū similia
 perpetraverint, hos oēs conueniens fors mergit in tartarū,
 vnde nunquam egrediuntur. Qui autē sanabilia
 quidem peccata, sed ingentia commiserunt, veluti si qui
 contra

contra patrem, vel matrem irati per vim aliquid fecerint, sed penitentia ducti eos in cetera vita coluerint, vel qui simili quodam pacto fuerint homicidae, eos in tartarū quidem necesse est cadere, sed ibi per annum commorati à fluctu eijciuntur, homicidae quidem per Cocytum, parentum verò violatores per Pyriphlegethontem. Postquam verò ab his delati fluminibus ad paludem Acherusiam peruenierunt, clamant illic vocantq̄ eos quos vel necauerunt vel iniurijs affecerunt, suppliciterq̄ rogant atq̄ deprecantur, ut eos permittant progredi per paludem, ibiq̄ absolui: ac si impetrauerint, penetrant illuc finemq̄ malorum accipiunt: Sin minus queant persuadere, referuntur in tartarū, atq̄ inde rursus in flumina, neq̄ per hæc mala deferrī prius cessant, quàm ab his quos affecerant iniurijs, impetrauerint. Hæc. n. pœna illis à iudicibus est imposita. Qui autē pie præ ceteris vixisse inueniuntur, hi sunt qui ex his terrenis locis tanquam e carcere soluti, atq̄ liberati, ad altiora transcendant, puramq̄ supra terram habitant regionem. Inter has autē quicumq̄ satis per philosophiam purgati sunt, absq̄ corporibus omnino totum per tempus viuunt, habitatioesq̄ his etiam pulchriores nanciscuntur. Quarū pulchritudo, neq̄ facilis dictu est, neq̄ præsens tempus ad dicendū sufficeret. Sed horū quæ narrata sunt gratia, o Simmia, omni studio est adinueniendū, ut in hac vita virtutem, & prudentiam sapientiamq̄ consequamur. Præmium namq̄ pulchrum est, & spes est ingens. Hæc igitur eo se pacto prorsus habere, quo ego distipulus, non decet virum sane mentis asserere: esse tamen vel hæc vel talia quadā circa aios nostros, eorumq̄ habitatioes, quandoquidem animus ipse immortalis apparet, et decere mihi videtur, & dignum quasi periclitantes ista existimare. honestum. n. periculum est, oportetq̄ hæc quasi carmina quadam magorum ritu mentibus nostris infundere: quamobrem ipse iam diu protraho fabulam. Sed horum gratia bonam spem de animo suo habere debet, quicūque voluptatibus ornamentisq̄ corporis neglectis tanquā alienis, ad diuersumq̄ declinantibus, voluptates quæ in discendo percipiuntur studiose sectatus fuerit, animumq̄ non alieno, sed suo decorauerit ornamento, temperantia, iustitia, fortitudine, libertate, veritate, sic ex hac vita migrationem expectans, tanquam cum fatum vocauerit migraturus. Vos quidem, o Simmia, & Cebes, aliq̄ præsentibus, in posterum quodam in tempore singuli transmigrabitis. Me verò nunc, ut tragicus aliquis diceret, iam vocat fatum. Ac fermè tempus est, ut ad lauandū diuertam. Præstat. n. ut puto, post lauacrum venenum bibere, ne in lauando cadauere molestiam mulieribus præbeamus. Cum hæc dixisset Socrates, Crito sic inquit: Dic age, o Socrates, quidnam his aut mihi mandas agendū, vel erga filios tuos vel circa cetera? Quidue agendo maxime tibi gratum fecerimus? Nihil equidem. inquit, no ui præcipio, sed quod semper vobis prædico: videlicet si uestri curam habebitis, & mihi et vobis ipsis gratia euadet quacūq̄ feceritis, etiam si nunc verbis non concedatis. At verò si nos ipsos neglexeritis, nolentes secundū ea quæ nunc ex superiori tempore dicta sunt, quasi per vestigia vitam dirigere. nihil prorsus proficietis, etsi multa nobis nunc disputantibus concedatis. Ista quidem, ait Crito. cura nobis erunt. Sed quemadmodū sepeliri te iubet? urcūq̄, inquit, libet: si tamen me apprehendetis, ac nisi ego vos

effugero. Et simul subridens, et ad nos cōuersus, nō persuasus deo inquit Critoni, me esse hunc Socratem qui nunc disputo, & singula dicta dissono. Sed opinatur me illud esse, quod paulo post videbit cadauer. Itaq̄ interrogat quemadmodum me sepeliat. Quod autē iam diu plurimis verbis contendo, postquam uenenum bibero, haud vterius apud vos me esse futurum, sed ad beatorum profecturum felicitates, hoc quidem mihi videor frustra Critoni dixisse, cōsolans vos simul, atq̄ me ipsum. Fideiubete igitur pro me Critoni cōtraria quadam fideiussione quàm ipse iudicibus fideiussit. Ille. n. me iudicio sistere, vos autē me non sistere cum obieto fideiubete, sed abiturum, ut Crito obitu facilius meum ferat, ne ue meum corpus vel cremari cernēs vel sepeliri, me deploret quasi dira patientem. Neq̄ dicat in sinere proponi Socratem, aut efferri, aut sub terram condi. Certum id habeto optimè Crito, quod maledictum est non solum in hoc ipso delinquere, verum etiam animis nonnihil officere. At. n. considerare oportet atq̄ dicere corpus sepeliri meum, atq̄ ita sepeliri, ut tibi placebit, maximeq̄ iustum esse censebis. His dictis surrexit intravitq̄ cubiculum quoddam quasi lauaturus. Crito autē securus est. Nos verò expectare iussit. Expectabamus ergò de his quæ dicta erant inter nos colloquentes, rursusq̄ considerantes. Præterea cōquerebamus fortunam nostram, qui tanquā parentem orbatū reliquū vitæ tempus orphanū futuri essemus. Cum Socrates lotus esset, delati sunt ad eum pueri sui. Duos. n. filios habebat paruulos, vnum verò iā grandem. Venerunt & mulieres domestica. Ad eas Socrates, cum præsentibus Critone verba fecisset, & quæ volebat mandauisset, mulieres quidem & pueros abire iussit, ipse verò ad nos redijt, iam circiter solis occasum: per multum. n. temporis spaciū intus fuerat commoratus. Cum verò ad nos venisset lotus, conseedit. Nec multa post hæc locutus erat, cum venit vndecimuirorum licitor. Qui illi adstans, o Socrates, inquit, non arbitror eam in te no uitate me deprehensurū, quam deprehendere in ceteris soleo. Illi. n. indignantur mihi atq̄ execrantur, quando illis denunciatio venenum esse bibendum, ita magistratibus compellentibus. Te verò cognoui præsertim in hoc tempore generosissimum, mansuetissimumq̄, & optimum virum omnium qui inquam hunc in locum deuenierunt: et nūc equidem certo scio te mihi haud infestum fore, sed illis penes quos res huius causam esse cognoscis. Nunc ergò scis quem tibi nuncium asseram. Vale atq̄ annitere, quæ necessaria sunt pro uiribus facile ferre, & simul his dictis abibat lacrymans. Socrates autē in eum respiciens, & tu inquit vale, & nos id faciemus. Simulq̄ ad nos conuersus, quàm urbanus est homo hic, inquit. Neq̄ solum in hoc, sed in superiori etiam tempore me salutabat, colloquebaturq̄ nonnūquam, fuitq̄ semper virorum optimus. Et nunc quàm ingenuè me deplorat? Sed age, o Crito, illi pareamus, ac si iam tritum est venenum, aliquis huc asserat. Si nondū est tritum, conterat ille. At reor equidem, inquit Crito, o Socrates, nondum solem reliquisse montes nec occidisse. Et noui alios postquam id sibi nunciatum est, valde sero bibere illud consueuisse. largiter cœnatas atq̄ potos, interdum verò etiam illorum potos quorum amore afficiebantur. Quamobrem ne adeo festines, adhuc enim superest tempus. Tunc Socrates, me risò, inquit, o Crito, illi ista faciunt. Putant enim hæc

facientes lucrari. Atq; ego merito ista non faciam. Nihil enim me lucraturum spero, si paulo posterius Venenum bibero, nisi ut mihi ipsi sim ridiculus, tanquam vitæ cupidus, atq; pareus eius rei seruator, cuius nihil iam amplius mihi adest. Sed age iam mihi obtempera, nec aliter facias. Crito verò his auditis annuit puero, qui longè nõ aberat. Ille verò egressus, & aliquantulum commoratus, redijt, eum qui venenum daturus erat, secũ duces. attulit autem in calice id attritum. Hunc afficiens Socrates, Cedo inquit bonè vir, tu enim harum rerum peritiam habes, quid me facere oportet? Nihil, inquit, aliud quàm post potionem deambulare quoad granari tibi sentias crura, postea verò iacere: atq; ita tu facies. Hæc dicens porrexit calicem Socrati. Socrates verò hilariter ad modum, ò Echecrates, accepit, nihil omnino commotus, neq; colore, neq; vultum mutato. Sed quemadmodum consueverat, taurine illum afficiens, quid ais, inquit? licetne ex hoc poculo nonnihil spargendo sacrificare? Tantum, inquit, ò Socrates, contrivimus, quantum satis fore putauimus. Intellego, inquit. Sed & licet, & oportet orare deos, ut felix sit transmigratio nostra. Quod equidem obsecro, atq; vti iam ita fiat. Et simul his dictis admonens, facile admodum alacriterq; ebibit. Pleriq; nostrum eo vsque retinere quodam modo lacrymas potueramus. Ac postquam & bibentem vidimus & bibisse, vterius non potuimus, sed me quidem dolor adeo superabat, ut lacrymæ largiter iam mihi profunderent. Quapropter me protegens deplorabam, non illum quidem, sed fortunam meam, qui tali amico orbatu essem. Crito autem etiam prius quàm lacrymas nequiret continere surrexerat. Sed Apollodorus nec in superiori quidè tempore unquam lacrymare cessauerat? Tunc verò præcipue voci ferans, seq; ipsum afflicto, neminem reliquit presentium, cuius vicem non deploraret, præter vnius Socratis vicem. Ille verò hæc animaduertens. Quidnam, inquit, ò viri mirabiles, agitis? Atqui ego maximè hæc ob causam mulieres abegeram, ne talia facerent. Audi ueram enim cum gratulatione & applausu esse ex hac vita migrandum. Quiescite igitur atq; tolerate. Nos uerò hæc audientes erubimus, desistimusq; à lacrymis. Sed ipse quum inter deambulandum crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus: sic enim qui venenum præbuit iusserat. Qui paulò post eum tangens, pedes & crura considerauit. Deinde grauius comprimens pedem eius, quasi nit an sentiret. negauit Socrates. Ille rursus præstitit tibias, paulatimq; manu ascendens, ostendit nobis frigere eas atq; rigere. Et ipse attigit rursus, aitq; quum ad corperuenerit, tunc esse decessurum. Iam igitur friguerant ei præcordia, cū desegens, erat enim veste coopertus, dixit, quæ uox illi extrema fuit: ò Crito, Aesculapio galilum debemus, quem reddite, neq; negligatis. Fiet, inquit. Crito, quod iubes. Sed vide num quid aliud uelis. Hæc interroganti nihil ultra respondit. Sed cū paruo tempore interquiesisset, comotus est. Et minister detexit eum, atq; ipse lumina fixit. Quod quum Crito cerneret, ora oculorq; cõposuit. Hic finis fuit amici nostri, ò Echecrates, uiri nostro quidem iudicio, omnium quos experti sumus optimi, & ap-
prime sapientissimi at-
que iustissimi.

MENEXENVS, VEL DE ATTICA ANTIQVITATE, VEL, EPITAPHIVS.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



CONSILIVM Platonis in Menexeno est, cohortari omnes ad summam patriæ charitatem, idemq; facit, quamvis aliter in Critone, & legibus, atque Republica. Hic verò duobus præcipud id efficit modis. Primo quidem, dum laudat illos, qui pro salute patriæ pericula mortemq; intrepide subeunt. Deinde dum ipse patriæ suæ antiquitatem virtutesq; laudibus miris extollit. Tu verò statim ab initio nota, philosophiam scilicet moralem viro republicanæ gubernaturæ esse summopere necessariam. Mox præclarum esse in bello occumbere, scilicet pro salute patriæ, idq; confirmari ex eo, quod hoc apud omnes gentes maximè omnium honoretur. Deinde occasione sumpta ex laudibus oratoris, animaduerte quam perniciose sit adulatio. Communem siquidem oratoriam in Gorgia adulationis speciem esse indicat. In Phædro autem adulatorem appellat bestiam humano generi pestilentem. Similem; affirmat impuro dæmoni, incautos animos subnoxiæ voluptatis esca continere corporis sordibus inquinanti. Hic præterea præstigiatoribus ueneficisq; adulatorem tam priuatum quàm publicum iudicat esse perisimilem: quippe qui tanquam fure & homicida deterior et iniquior, non pecunias, non ipsam corporis vitam duntaxat nobis auferat, imò verò tanquam sacrilegus rem sacræ, iudicium scilicet rationis sub boni specie surripit atque subducit. Et uide quam valde decipiat. Non enim in rebus solum occultis, sed id quod mirum est, in manifestissimis artificiosissime fallit. Cui enim non euentissima sit auita paternaq; origo? Item ipsa sui corporis magnitudo atque forma? Veruntamen in his quoque adulatorem uenefici nos circumueniunt, tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum. Illa enim suis poculis exteriora hominis fertur in bestias transformasse: hi uerò lenocinijs suis interiora transformant. Promde ridet Socrates oratores, quod gratiam popularem omnibus maxime mentis aucupentur, laudentq; alios supra modum, quo ipsi laudantur, remq; adeo luem graui quodam studio & diuturna præmeditatione pertractent. Aggreditur præterea quod statuerat ab initio, ut omnes uidelicet ad defendendam patriam cohortari, laudando uide licet eos qui pro patriâ occubuerunt. Hic enim erat mos uetus Athenensium, publica concione illos laudare quotannis, atque insuper in ferias celebrare. Verùm ne supra quàm par est oratorie tribuatur cultati, asserit se orationem eiusmodi ab alio, & quidem a muliere Asia, accepisse: præsertim cum Socratici ingenij non sit oratorum more concionari. Quod potissimum ordine laudandum sit, præsertim in oratione funebri, manifestè declarat. Quod autem homines ab ab initio in Attica regione solum atque solos ex terra sponte progeneratos: ex alijs uero regionibus, e terra similiter solum bruta: vicinæque placet, accipito, siue tanquam à philosopho, siue potius oratore. Scito tamen Platoniam esse sententiam, post uastam terræ illuuiationem, ex abundantia humore atque calore sequenti post diluuium, terram adeo fecundam reddi, ut ex ea non animalia tantum pusilla, qualia nunc, sed grandia etiam, atque ipsi insuper homines uero nascantur. Quod quidem & hic & alibi sepe confirmat. Idq; plerique senserunt Aegyptiorum atque Græcorum, & Arabes multati, denique confirmarunt præcipue Alga Zeles atque Auicenna. Quæ quidem sententia Aristoteles in questionibus naturalibus vsus ex antiquorum mente inquit: Quemadmodum in paruis temporum mutationibus parua quædam ex terra pullulant animalia, ita in maioribus quoq; maiora, in maximis denique maxima atq; perfectissima. Plato autè ubi cunq; ex ipsis terræ uisceribus erunt animantes, deos artifices adhibet mundani architecti ministros. Deos, inquam, ideas specialesq; rationes in ipsa mundi uita diuinæ; intelligentia consistentes: per quas & statim post diluuium, & quotidie amantium formantur spēs, ubi cunq; corporeum speciei eiusdem semen abesse uidetur. Quod quidem fieri oportere satis in theologia probauimus. Vbi uerò nascitur hō, non solum sicut cæteris deorū adhibet manus, sed etiã quoddam Dei summi spiraculū expressioremq; imaginem. Deinde statim natis deos ipsos saltem in primis seculis tanquam duces præficit atque præceptores. Tu uerò ex his omnibus quæ Mosaisca sapientie magis consonant, prudenter eligito. Profectò id Moysi maximè congruit, quod hic, & in Protagora, & in Politico, atq; Crito